IN HIPPOCRATIS APHORISMOS AD CHIRVRGIAM SPECTANTES

COMMENTARIA

A BERNARDINO GENGA
DE MVNDVLPHO STATVS VRBINI
Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctore,
In Venerabili Archioſpitali Sancti Spiritus Chirurgo Primario Decano, ac Chirurgiæ, & Anatomes Profeſſore,

Latino, ac Italico idiomate ad communiorem intelligentiam exarata.

BONONIÆ, M. DC. CXVII.

Typis Longi. *Superiorum permiſſu.*

Vidit D.Bernardus Marchellus Clericus Regularis S. Pauli, & in Metropol. Bonon. Pœnitent. pro Eminentiſs.& Reuerendiſs. Domino, D. Iacobo Cardinale Boncompagno Bonon. Archiepiſcopo, & Princ.

Pro Sancto Officio videat, & refferat D.D. Paulus Piela Reuiſor.

F. Pius Graſſi Ordinis Prædic. Vicarius Sancti Officij Bonon.

Pro Sanctiſsima Inquiſitione vidi, & denuo Typis mandari poteſt.

Paulus Piella Reuiſor.

Stante prædicta atteſtatione

IMPRIMATVR ITERVM

Fr. P. G. Ord. Prædic. Vicarius S. Officij Bonon.

AD AMICVM LECTOREM CHIRVRGIÆ STVDIOSVM,

Sed præcipuè ſuos Diſcipulos in Venerabili Archioſpitali S. Spiritus hortatoria.

PERORATIO
Ad Chirurgiam Theoricam, & Praxim fortitèr amplexandam.

ZEVSIS Pictor egregiùs interrogatus quarè, quas ſe facturum picturas promiſerat, in longum nimium protraheret, reſpondit, *Diù pingo, quia Æternitati pingo*. Vt primùm Anno 1686. in lucem edideram Anatomen Chirurgicam reformatam, promiſeram breui me in lucem editurum in Hippocratis Aphoriſmos ad Chirurgiam ſpectantes commentaria, & iam abſolutum opus Dominorum Superiorum reuiſioni præbueram, at in hoc vſque tempus diſtuli reuoluens animo idem eſſe prælo, ac prælio ſcripta committere, propter geniorum varietatem, ex qua reſultat nihil in qualibet vel ſcientia, vel arte dici, vel operari poſſe, quin ſuos habeat Cenſores, quibus frequentiùs ineſt facillimum illud calumnioſè obſtrepere, quam doctrinalitèr emendare.

Nè tamen iactabundus: ac ridiculus glorioſus miles reputarer, amicorum hortatu, & diſcipulorum precibus, quod quatuor penè ab hinc annis opus abſolueram, iterùm excutere, limare, ac typis committere decreui, me magis ad hoc impellente ſolertia, & diligentia Domini Ioannis Baptiſtæ Trauerſini Vercellenſis Chirurgiæ Doctoris, & in hoc Archioſpitali S. Spiritus mei Subſtituti Chirurgi, in rebus omnibus tam Chirurgicis, quàm Ana-

tomicis solertissimi, & nemini ex discipulis, & Substitutis quos habuerim, secundi, qui & opus hoc denuò totum conscripsit, & in impressione semper Typographo præfuit: Hisce igitur impulsus, ac Medicinam Vniuersam non Chirurgicam tantùm funditùs magis, quàm priscis temporibus euersam agnoscens, placuit inquantum potui *Motos componere fluctus*, vt Tyrones, qui ignorant, quò se vertant inter tot plurimarum, & Veterum, & Neotericorum sententiarum tortuosas ambages, sciant quas amplecti, quas repudiare sit opus, cum Sectatorum quilibet suis fundamentis, & rationibus inniti pro certo habeat: Nos itaque ad huiusmodi diuersarum opinionum agitationem sedandam in hisce commentarijs hac methodo procedemus, exponentes primò Antiquorum doctrinam vtplurimùm Galeni scriptis suffultam, & quibus fundamentis innitatur explicabimus; Deindè quid, & quibus rationibus alloquantur Neoterici, proponemus. Non desunt fateor plures nimiùm Veteribus Galeni doctrinis adhærere, & Nostratum Anatomicorum Medicorum, ac Chirurgorum sententias floccifacere, non alia ratione, quam quia solidiorem Anatomen temporibus anteà non recognitam ipsi, nec præceptores eorum agnoscere potuerunt, socordia compressi clariorem Medicinæ oculum, Anatomen scilicèt, nolunt admirari, imò diligentiores cultores quodammodò odio prosequuntur, de quibus dicere possumus cum Hippocrate in quadam epistola ad Damagetum. *Ex, quibus carent, quòd in alijs sint, vitio, vt superuacanea vertunt, & in alijs solent reprehendere, quod ipsi præstare non valent.*

Hisce autem doctrinis aphoristicis, alijsque præclarissimorum Virorum sententijs non omnes æquè potiuntur, cum bullatis interdùm, ac ampullosis nimium verbis, & nihil ad rem facientibus vtantur, præsertim coram populari turba ad admirationem, plausumque captandum, vtque cœteris alijs doctiores reputentur. Auctorum sententiæ tunc opportunè veniunt citandæ, quando in re, de

qua

quâ agitur, legitimum locum habent; Sunt namque tales sententiæ (meo videri) comparandæ lapillis illis tessellatis; quibus efformantur imagines, quas magis communiter dicimus *Musaicum*, è quibus si quis (exempli gratia) ad repræsentandam humanam faciem poneret tres, vel quatuor nigricantes in fronte, duos albicantes in oculorum medio, totidem flauentes in genis, alios virides in naso, & mento, ridiculam profectò repræsentarent imaginem, licèt lappilli illi perfectissimi essent, & suo loco distribuendi; Ita se habent, vt mox retuleram, Magistrorum auctoritates. In hoc autem Chirurgicorum Aphorismorum commentario solidiores poterunt tam Theoricæ, quàm practicæ Chirurgicæ opiniones reperiri, quibus ponderatis, & adeptis reliquum est, vt ædem practicis reiteratis obseruationibus adiungantur, vt Chirurgica Theoria, & praxi tandem instructi meritò Chirurgi nomen adipiscamini; Theoria namque sine praxi, sicuti praxis sine Theoria nequeunt verùm Chirurgum constituere, quod vt vobis demonstrem, placeat quidquid, sum dicturus, ponderare.

Eleganter Plato in *Phædro* narrat in mundi diuisione Vulcano, & Mineruæ eandem sortem obtigisse, vt scilicèt demonstraretur nunquam Theoriam à Praxi seiungendam esse: Hoc pariter Sophorum Atheniensium cœtus docuit, & indicauit, quapropter ex ipsis præforibus expositum erat Conubium Palladis, & Vulcani ære constructum: Hacque pariter ratione Athenienses ipsi linguam manu fortiter constrictam effingebant, vt indicarent quòd quidquid lingua exprimitur Theoricè, per manuum operationem esse constringendum, ac comprobandum: Nos itaque totum hoc excogitantes curauimus in præsentis libri prospectu patefacere, obseruate inquam quas exposuimus figuras dextrorsùm Theoriam, sinistrorsùm Praxim indicantes; Theoria humo sublata cernitur, nubibus veluti superuolans alata mulier, & Iuuenis, cùm proprium sit Iuuentutis Theorica, ac sublimiora

curiosiùs studia perscrutari, facie, oculisque præsertim eleuatis ad sydera, ac circino in capitis vertice duabus apicibus deductis ad superiora tendentibus, vt indicaretur Theoriam secundùm vagantes sæpiùs intellectus operationes metiri doctrinas; Dextera manu librum gestat, vt indicetur Theoriæ primordia ex librorum lectione comparari; Sinistra verò sublata, ac incerta seruatur, sicque nobis patefacere placuit per Theoriam manus nil operari posse, præterquam titubantem, ac dubiam paginarum reuolutionem.

Vetula ac facie in terram conuersa fingitur Praxis, quia nequit non nisi senescente studioso conquiri, ipsaque se cognoscens sæpiùs deceptam à nimium Sophisticis opinionibus, easdem renuere videtur; Proindè dextra manu pariter expansum detinet circinum inferiùs humo innixum, suasque certiores mensuras ponderat, & vt hac imagine Praxis Chirurgica demonstretur, adiecimus vasculum pharmaceuticum, ferrum incidens, ac aliud ad inurendum opportunum, vt exprimantur tria Chirurgicæ practicæ instrumenta, Medicamentum videlicèt, Ferrum, & Ignis; Leua autem manu sublata, & Theoriam indicante Tyrones monere videtur, nequaquam Praxim haberi posse sine præcedenti Theoria ex reuolutione librorum adepta; Sed vt ambarum dignoscatur necessitas, Infantulum alatum conspice expansam ambabus manibus Zonam gestantem, in eaq; lege. *ALTERA NON SINE ALTERA.*

Ex quibus omnibus documentum sumat quispiam necessarium futurum Conubium inter Theoriam, & Praxim, & solidam Theoriam nullo modo studijs tantummodò parari posse, nec Praxim sine præcedenti studio, ac Theoria. Igitur quisque vestrum sibi caueat, ne ab inceptis studijs, & practicis exercitationibus recedat, imò diligentiùs insistat, nam si fidei Platonicæ non dissentiamus: *Qui diù ab instituto opere desuescunt, & feriantur, otij consuetudinem plerunque induunt, quam postmodùm nisi grauate exuere nequeunt*; Proindè *Appium Claudium* dicere

cere solitum habemus (teste *Valerio*) negotium potiùs, quam otium Populo Romano committi debere, quandoquidem exploratum habebat ingenuos homines studio, & exercitatione perfici, contra verò otio, & quiete in dissidium, torporem, atque socordiam conuerti, & prolabi: Cœca est omnis natura, cęca omnis disciplina sine frequenti studio, & exercitio, adeò vt dictum illud *Diogenis* certissimi instar oraculi sit reputandum. *Nihil in vita sine exercitatione perficitur*.

Lacedemones Licurgi legibus educati disciplina quadam apparenter nimis seuera, sed plurima vtilitate referta quotidiè liberos suos extra mœnia ducebant, laboribus varijs exercebant, armis, venatione, cursu, alijsque honestis operibus defatigabant, vt ita confirmatum animum ad virtutem afferrent, atque etiam ad præclariora redderentur promptiores.

Iocosè quærit sed admodùm ingeniosè curiosus quidam quare apud latinos verbum *Honos* scribatur apponendo H, nec eodem modo signetur *Onus*, respondit, quod cum H sit adspiratio apponitur verbo *Honos*, quia ad honores quilibet naturaliter aspirat, qua adspiratione non signatur *Onus*, quia ab oneribus, & laboribus abhorremus: Contra verò scribendum puto, certus enim, & meritus est honor ille, quem mediante labore, & virtute sibi quilque comparat; Quod annuisse videtur Vetusta illa Romanorum gentilitas licèt densa diuinarum rerum caligine circumfusa dum templum Honoris talis architecturæ magisterio construxerat, vt ad illud nequaquam pateret aditus, nisi per coherens Virtutis templum, in quod necessariò per laboriosos gradus aperiebatur ingressus.

Legisse memini apud nonnullos, gemmarum naturam describentes, reperiri lapidem quemdam nomine *Caraminam*, ceruleum, sed obnubilatum colorem referentem, qui si acerrimo perfricetur aceto, adeò splendescit, vt expansis hinc inde radijs stellam in eius centro demonstret. Oh quam bellè lapis iste, ex mea sententia, dici debet sym-

symbolum humani ingenij, quod si incultum sit, & rudi educatione tractetur, obnubilatum torpescit, verùm si acerrimo studiorum, & operationum excutiatur aceto, Diuinitatis quodamodò (sic dicam) radios effundit.

Sint vobis iam exposita ad studia, & Virtutes acuta calcaria, nec vos terreat, quod Medicina vniuersa calumnijs vndique dilaceretur: ea namque talis facultatis semper fuit inseparabilis conditio, nec ipse Hippocrates detractionum vixit immunis, prout scribit in epistola ad Democritum; *In arte Medica quæ rectè fiunt, plerumq; hominum vulgus non laudat admodùm &c.*

Nec valet, quòd quispiam in medium afferat Artes, & scientias omnes detractionibus subijci, nam ipsam Medicinam, & Chirurgicam præsertim ceteris omnibus infeliciorem esse, vnica, prætermissis pluribus, sed validissima ratione comprobabo: Supponamus namque superbissimum aliquod opus (puta) Picturam, Statuam, vel quid simile publicæ exponatur censuræ; Audebit profectò quilibet, licet ignarus, propriam, & insipidam aperire sententiam, & acutiùs, ac accuratiùs inquirere si vel quid minimum erratum fuerit, non tamen in tam ridiculam incurret petulantiam (nisi Pictor, vel Statuarius exstiterit) vt audeat asserere Ipse, ipse meliùs efficiam, neminemque inueniet, si hoc diceret, quin ipsum veluti mente captum non derideret: In Medicina verò, sed præsertim Chirurgica non Cumprofessores tantummodò calumniosos censores habebit, verùm etiam & Vetulam petulantem gallinis educandis, & pannis eluendis assuetam, & Agirtam, & Balatronem, & perfrictæ frontis Nebulonem iudicem temerarium censorem habebit, audentem etiam interdum coram Magnatibus impudentèr asserere hoc, vel hoc malè fuit præscriptum, ac pessimè operatum; Ipse, ipse si antea visitassem ægrotum, iam eumdem sanassem, attamen hoc meo mirabili arcano misero ægrotanti sanitatem restituam: At quia prauis, & insipidis hisce homunculis solet arridere fortuna, & aliquid ex sententia

com

contingere, sequitur postea, quòd in Cordatiores Professores increbrescant calumniæ, & sagaces, & prudentes Viri facillimè nequeant verum Chirurgum ab Empirico, & Circulatore distinguere.

Quapropter cum casus huiusmodi frequenter nimiùm contingant, contigit & pariter plures homunculos infimæ plebis, non Cordatos, & doctos, tali modo fuisse locutos, & sæpiùs iterum alloqui; Si magni Hominis fama, si diuitiæ, fauores, ac Principum gratia non à Virtute, sed fortunato euentu resultant? Ad quid florentes Adolescentiæ, & Iuuentutis annos tam fœtidis, & periculosis studijs, & operationibus impendere? Quibus (liceat liberè loqui (ac tale responsum proferre. Oh Capita nigriori Elleboro repurganda! Oh Minerua ex Bouis potiùs, quàm Iouis capitè nata! Oh Homines (sic loquar cum Tullio etnico lib. 5. de finibus) quibus data est anima pro sale ne corpus putrescat! Vnicum, & verum præmium est sibimet ipsa Virtus, & sine aduersario marcescit, Moralis Philosophi testimonio; Veras Virtutis semitas, nec vitijs cænosis inquinatas vt meum semper fuit, etiam, & nunc hæret animo vobis demonstrare, nec de tam insano fortunæ numine (poeticè loquendo) vlteriùs alloquar. Concludam tandem cum Virgilio vltimò Enedos dum narrat Eneam cum Turno singulari certamine tunc pugnaturum, sic Ascanium filium suum fuisse alloqutum, quibus verbis, & ego vestrum quemlibet, quem vt filium semper dilexi, concludenter nunc moneo.

Disce puer Virtutem ex me, verumque laborem,
Fortunam ex alijs.

Si

SI in euersione idiomatis latini aliquam interdum cernis varietatem, scias me rigorosis pedagogicis legibus subijci noluisse & italico sermone etiam rudiores instruere curasse, & aliquando aliqua prætermisisse, aliquando super adiecisse: Fateor pluribus in locis parabulas, digressiones, & nimium rethoricas exposuisse materias, ab alijs Auctoribus non tam frequenter vsitatas, sed sciás me longo tempore, à quo Iuuenes instruere fateri, ad cognitionem deuenisse eosdem non melius ad studia allici, quam interpolatis hisce digressionibus, & amenioribus doctrinis; Et denique sciás (fauente Deo) me aggressurum compositionem alterius operis miscellanei in tres partes dirimendi; In quo primo plures Hippocraticas doctrinas ad Chirurgiam spectantes commento exponam; Secundo Lienis vsum à me excogitatum exarabo, prout in Theatro Anatomico pluries, sed paucis verbis exposui, hoc est, quod Lien inseruiat ad sanguinem fibrosum reddendum; Tertiò denique tractatum de Tumoribus, & Fistulis circa anum; Interim ora Deum pro me, vt permittat, quid quid promisi, possim absoluere.

DIS-

DISCORSO.

Con il quale l'Autore esorta il Lettore amico, e studioso di Chirurgia, mà particolarmente li suoi discepoli nel Venerabile Archiospedale di S. Spirito ad aprendere con ogni maggior diligenza la Chirurgia Teorica, e Prattica.

ZEVSI rinomato Pittore interrogato per qual cagione differiua molto à mandar in luce le Pitture, che haueua promesso di fare, rispose, *Dipingo à lungo, perche dipingo all'eternità.*

Subito che nell'Anno 1686. fù dato alla luce l'Anatomia Chirurgica riformata, promisi di mandar alle Stampe li Commenti sopra gli Aforismi d'Ipocrate appartenenti alla Chirurgia, e di già haueuo dato l'opera fatta perche fosse reuista da Signori Superiori, mà l'hò differita fin à questo tempo, considerando esser il medesimo il sottoporre li scritti al Torchio, che ad vna rigida censura, mercè la varietà de' genij, da cui ne resulta, che in qualsiuoglia scienza, ò arte non può dirsi, ne operarsi cosa alcuna, che non abbia li suoi Censori, de'quali è proprio più frequentemente quel strepitar con calunnie, che l'emendar dottamente: Nulladimeno per non essere io reputato vn ridicolo millantatore, hò determinato andar riuedendo, ripolendo, e dar alle Stampe quest'opera, che già quattr'anni sono haueuo finito di comporre, mosso dalle persuasioni degli amici, e preghiere de' miei discepoli, dandomi à ciò maggiore impulso la diligenza, & industria del Signor Gio. Battista Trauersini Vercellese Dottore in Chirurgia, e mio Sostituto Chirurgo in questo Venerabile Archiospedale di S. Spirito accuratissimo in tutte le cose tanto

Ana-

Anatomiche, quanto Chirurgiche, è niente inferiore à quanti Discepoli, e Sostituti io abbia hauuto, il quale di nuouo hà scritta tutta quest'opera, e sempre hà soprainteso alle Stampe della medesima.

Mosso dunque dalle ragioni sudette, e dal riconoscere generalmente la Medicina tutta, non solo la Chirurgica, mà Fisica, insieme rauolta sottosopra in fino da'suoi fondamenti, mi è piacciuto (per quello mi si è reso possibile) sedare le dissensioni, e difficoltà, acciò sappino li studiosi principianti, confusi dalla varietà delle sentenze, à quali debbano appigliarsi, e quali siano da tralasciarsi, mentre che ciascuno de'Capi di dette dottrine abbia per securo di essere appoggiato à suoi fondamenti, e certe ragioni.

Noi dunque per quietare l'agitazione di tali diuerse opinioni procederemo in questi commenti con tal regola, esponendo primieramente la dottrina degl'Antichi per lo più conforme alla dottrina di Galeno, e spiegaremo à quali fondamenti sij appoggiata; Indi appresso proporremo ciò, che dichino, & à quali ragioni s'appiglino li Moderni. Confesso che non mancano molti troppo attaccati alle dottrine Antiche Galeniche, e che prendono à scherno, e dispregio li pareri de'nostri Anatomici Medici, e Chirurghi moderni, non per altra causa, se non perche ne essi, ne i loro Maestri hanno hauuto notizia della più soda Anatomia per li tempi adietro non ancora scoperta, e riconosciuta, e perciò rimanendo essi compressi, & auuiliti per mancanza di coraggio non vogliono attentamente auertire, e riguardare l'occhio più limpido della Medicina, quale è l'Anatomia, anzi odiano in vn certo modo li più diligenti Osseruatori, e moderni Studiosi di essa; delli quali potiamo dire con Ipocrate in vn epistola à Damagete *Riuoltano viziosamente in superfluità inutili quelle cose, che essi non sanno, & in altri sogliono con modo inuidioso riprendere quello, che essi non intendono, ne vogliono operare.*

Non

Non tutti sanno valersi con modo vniforme di queste dottrine Aforistiche, e delle sentenze d'altri più insigni Autori, seruendosene tal volta con maniere troppo ampollose, & in casi, doue non hanno senso, ne luogo alcuno, e particolarmente alla presenza di molta gente per andar captiuando da quelli ammiratione, e fama di se stessi, e per essere reputati più dotti degl'altri. Le Sentenze degl'Autori si citano opportunamente, quando hanno luogo legitimo in quella cosa, della quale si tratta poiche sono queste (secondo il mio parere) d'assomigliarsi à quelle pietruccie, con le quali si formano l'imagini, che più communemente chiamiamo di *Mosaico*; delle quali, se douendosi da tal'vno (per essempio) formar vna faccia vmana, se ne ponessero tre, ò quattro negre nella fronte, due bianche nel mezo degli occhi, altretante gialle nelle guancie, altre verdi nel naso, e mento, certo è che rappresentarebbero vn volto ridicolo, benche dette pietruccie fossero perfettissime, e da distribuirsi, e porsi nel suo debito luoco: Così ancora hà d'intendersi delle Autorità de Maestri, conforme aueuo detto di sopra.

In questo commento degli Aforismi Chirurgici d'Ipocrate potranno ritrouarsi le più sode opinioni tanto in ordine alla Teorica, quanto alla Prattica, le quali quando da voi saranno essaminate, e conseguita ne aurete la cognizione, resta appresso, che le aggiungiate alle prattiche reiterate operazioni, acciò ammaestrati finalmente nella Teorica, e Prattica Chirurgica acquistiate meriteuolmente il nome di Chirurgo; Posciache la Teorica senza Prattica, sicome la Prattica senza la Teorica non ponno far essere vn vero, e buon Chirurgo, & acciò possa io dimostraruelo, vi piaccia ponderare, & attentamente ascoltare quanto son per dirui.

Racconta elegantemente Platone in *Fedro*, che nella diuisione del Mondo toccò la medesima sorte à Vulcano, e Minerua, perche venisse à dimostrarsi, che mai deue esser separata la Teorica dalla Prattica: Insegnò parimen-

 te,

te, e volle dimostrare l'istesso l'Vniuersità de Sauij Atheniesi, poiche era stato da essi fatto effigiare in bronzo, e porre sopra le porte delle Scuole d'Athene il marritaggio di Pallade, e Vulcano: E per l'istessa ragione li medesimi Atheniesi fingeuano vna lingua stretta fortemente da vna mano, per dar ad intendere, che quanto si esprime con la lingua teoricamente, deue stringersi, e comprouarsi con la mano, cioè con l'operazione: Onde considerando noi tutto ciò forte, & attentamente abbiamo procurato farlo palese nel frontispicio del presente libro, dico dunque, che osseruiate curiosi le figure esposteui, dalle quali à mano destra si rapresenta la Teorica, & alla sinistra la Prattica.

Vedesi la Teorica solleuata dal suolo rappresentata in forma di Donna Giouane con l'ali, come che volante sopra le nuuole, essendo proprio della Giouentù andar ricercando più curiosamente li Studij più sublimi, e Teorici; Tiene la faccia, e gl'occhi particolarmente inalzati alle Stelle, & vn compasso nella sommità del capo con le punte scostate, e riuolte all'insù, per denotare, che la Teorica và misurando le cose secondo l'operazioni ben spesso vaganti dell'intelletto; Porta nella destra mano vn libro, per dar à diuedere, che li principij della Teorica s'acquistano con la lettura de libri; La mano sinistra è solleuata, & incerta, & in tal modo ci è piacciuto di dar ad intendere, che dalle mani della Teorica altro non può operarsi, se non il riuolgimento titubante, e dubbioso delle carte de libri.

E rappresentata la Prattica col sembiante di vna Donna Vecchia, con la faccia riuolta alla terra, perche non può esser acquistata dal studioso, se non nella Vecchiaia, e conoscendo questa esser stata ingannata tal volta dalle troppo sofistiche opinioni, pare che le recusi; E perciò ancor essa tiene vn compasso, ma nella mano destra, e con le punte riuolte all'ingiù, & appoggiate alla terra, e prende più certe le sue misure, & acciò con tal'imagine venghi

à darsi

à darsi ad intendere esser questa la Prattica Chirurgica, v'abbiamo aggiunto vn Vasetto da medicamenti, vn ferro da taglio, & vn altro appropriato à dar fuoco, ad effetto che sijno espressi li tre instrumenti della Chirurgia prattica, cioè Medicamento, Ferro, e Fuoco; Pare poi che con la sinistra mano alzata auertisca i studiosi nouizij, che la Prattica non può altrimenti conseguirsi, senza il riuolgere antecedentemente i libri; Et acciò s'abbia cognizione della necessità d'ambedue, rimira superiormente vn fanciullo alato, che tiene in ambe le mani vna fascia distesa, & in quella leggi *ALTERA NON SINE ALTERA*, cioè che l'vna non deue essere senza l altra, e che la Teorica, e Prattica deuono ritrouarsi insieme per formare vn buon Chirurgo.

Dalle quali cose tutte prenda documento ciascuno, che è necessario il congiungimento insieme della Teorica, e della Prattica, e che non può in modo alcuno apprendersi vna buona, e soda Teorica con li soli studij, ne la Prattica senza che li precedino li detti studij, e la Teorica: Auerta dunque ciascun di voi di non tralasciare li già incominciati studij teorici, e prattici, anzi con diligenza maggiore li continui; Poiche se non vogliamo recedere dal saggio documento di Platone. *Quelli che tralasciano di frequentare quelle opere, alle quali si sono per loro instituto applicati, sogliono per il più incorrere in vna oziosa consuetudine, della quale non ponno poi spogliarsi senza grauame, e fatica*; E perciò leggiamo, che *Appio Claudio* era solito dire (conforme testifica Valerio) che al Popolo Romano doueua commettersi più tosto il negozio, che l'ozio, poiche aueua egli riconosciuto per prattica, che gli Vomini ingenui si perfezionano con lo studio, & essercizio; All'incontro poi veniuano à sdrucciolare, & incorrere nella dissensione, torpidezza, e mancamento di coraggio per causa dell'ozio, e troppa quiete: Cieca è ogni natura, cieca è ogni disciplina senza il frequente studio, & essercizio, di modo che deue reputarsi come per Oracolo certissimo

quel detto di Diogene *Nessuna cosa in questa vita può perfezionarsi senza l'esercizio*.

I Lacedemoni auezzi secondo le leggi di Licurgo con vna disciplina in apparenza troppo seuera, ma ripiena di molto vtile, conduceuano giornalmente i loro figli fuori delle mura della Città li essercitauano con molte fatiche, nell'Armi, nella Caccia, nel Corso, & altre operazioni oneste, accioche abituassero l'animo alla Virtù, e si rendessero pronti ad azioni più segnalate.

Và ricercando per scherzo, ma molto ingegnosamente vn certo curioso per qual causa apresso i Latini la parola *Honos*, che significa honore, si scriua con l'*H*, ne si scriua nel medesimo modo *Onus*, che vuol dire peso, ò fatica; risponde, che essendo l'*H* aspirazione si pone nella parola *Honos*, perche ciascuno naturalmente aspira à gli honori; Con la qual aspirazione non si segna *Onus*, perche aboriamo li pesi, e le fatiche; Io però son di parere, che debba scriuersi tutto al contrario, perche quell'honore è veramente certo, e meritato, che si acquista ciascuno con la fatica, e Virtù: Pare che tutto ciò volesse addittarci quell' Antica Gentilità Romana, benche viuesse offuscata in vna densa caligine circa le cose Diuine, all'hora che edificò il Tempio dell'Honore con tal magistero d'Architettura, che in esso non poteua entrarsi, se prima non si entraua nel Tempio della Virtù, nel qual Tempio della Virtù non era l'ingresso aperto, se non si saliua per faticosi gradini.

Mi souiene auer letto appresso alcuni, che descriuono la natura delle gemme, ritrouarsi vna certa pietra nominata *Caramina* di colore ceruleo, oscuro, & anebiato, la qual pietra se venga stroppicciata, e lauata con aceto fortissimo, risplende di tal maniera, che spandendo di quà è là rilucenti raggi, comparisce nel mezo di essa vna stella: Oh quanto bene (al parer mio) questa pietra deue dirsi, e reputarsi simbolo dell'ingegno del Vomo, il quale se resti senza coltùra, e con educazione rusticale s'intorpidisce offuscato, ma se venga scosso, & agitato con l'aceto for-

tissi-

tiſſimo degl'eſſercizij ſtudioſi, ſpande (per cosi dire) rag-
gi di Diuinità.

Sijno le coſe dettevi acuti ſproni alli ſtudij, & al conſe-
guimento delle Virtù, ne v'arrecchi ſpauento il ſapere, e
conoſcere, che la Medicina tutta ſij lacerata dalle calun-
nie, poſciache è ſtata ſempre tale la condizione di queſta
Profeſſione; Ne l'iſteſſo Ipocrate viſſe immune dalle de-
trazioni, conforme egli ſcriue in vna lettera à Democri-
to. *Nell'Arte Medica quelle coſe, che ſi operano bene, il
più delle volte il Volgo non molto le loda &c.*

Ne ſerue che tal'vno porti in eſſempio, e dica, che
tutte l'arti, e tutte le ſcienze ſono ſoggette alle detrazio-
ni, poiche prouarò (tralaſciandone molte) con vna ſola,
ma validiſſima ragione, che la Medicina tutta, e partico-
larmente la Chirhrgia rieſce di tutte l'altre la più infeli-
ce: Poiche, ſupponiamo, che ſia eſpoſto alla publica
cenſura qualche opera ſuperbiſſima, come à dire, Pittura,
ò Statua, ò coſa ſimile; E certo che ardirà ciaſcuno, ben-
che ignorante, promulgare il ſuo proprio, & inſipido
ſentimento, & andar ricercando con la più ſciocca accu-
ratezza qualſiuoglia difetto, benche minimo, ch'egli vi
riconoſca, non incorrerà però in vna petulanza tanto ri-
dicola, (quando egli non ſia ne Pittore, ne Statuario)
che ardiſca d'affermare Io, Io la farò meglio, e quando
ciò diceſſe, non vi mancarebbe chi come pazzo non lo
ſcherniſſe.

Mà nella Medicina, & in particolare Chirurgica il det-
to Artefice non haurà ſolo per auerſarij cenſori gl'altri
della medeſima profeſſione, ma ancora vna Vecchia pe-
tulante auezza à gouernar le galine, e lauar li panni, & vn
Montinbanco, ò Ciarlatano, che haurà ardire anche al-
la preſenza di gran Perſonaggi d'affermare queſt', ò queſt'
altra coſa ſù fuori d'ogni ragione ordinata, e peſſimamen-
te fatta: Io, io ſe haueſſi viſitato prima queſt'infermo di
già l'haurei guarito, nulladimeno con queſto mio mara-
uiglioſo ſecreto pure li renderò la ſalute: Mà perche à que-

ſta ſorte di Vomini ignoranti ſuole tal volta eſſere fauore-uole la fortuna, e ſuccedere qualche coſa felicemente, e fuori dell'ordinario; Ne auiene poi, che creſchino ſempre più le calunnie contro li Profeſſori più riguardeuoli, in modo che ne meno li Vomini giudicioſi poſſino ben diſtinguere il vero Chirurgo dall'Empirico, e Ciarlatano.

Per lo che venendo queſti caſi molto frequentemente à ſuccedere, è occorſo ancora, che molti Vomiccioli dell' infima plebe non d'animo grande, e dotti, abbino diſcorſo in tal modo, e di nuouo nel medeſimo modo diſcorrino. Se la fama di Vomo grande, ſe le ricchezze, li fauori, e la grazia de Perſonaggi illuſtri, reſultano non dalla Virtù, ma da i ſucceſſi fortunati, A che ſerue ſpendere gl'anni dell'Adoleſcenza, e fiorita Giouentù in fatiche tanto pericoloſe, e puzzolenti? Alli quali (mi ſia lecito parlar liberamente) & in tal modo riſpondere: Oh capi degni d'eſſer purgati con il più negro Elleboro! Oh Minerua nata più toſto dalla teſta di vn Boue, che di Gioue! Oh Vomini (parlando in tal modo con Tullio Gentile lib. 5. de fini) à quali è ſtata data l'anima per ſale, acciò il corpo non ſi putrefaccia! Il premio vnico, e vero della Virtù è l'iſteſſa Virtù, e ſenza l'eſſer contrariata marciſce, ſecondo la teſtimonianza di Seneca; Sicome fù ſempre mio penſiere, così è ancor al preſente il dimoſtrarui li veri ſentieri della Virtù, ne di tal pazzo nume della fortuna (parlando con li Poeti) ſon per inoltrarmi à diſcorrere. Concluderò finalmente con Virgilio nell'vltimo dell'Eneidi, narrando egli, che mentre all'hora era per combattere Enea à ſingolar certame con Turno, parlaſſe in tal modo al ſuo figlio Aſcanio; Con le quali parole ancor io amoniſco ciaſcuno di voi, che ſempre come figli hò amato; eſponendole conforme ſi leggono tradotte da Anibale Caro.

. . . . Figlio mio da me
La ſofferenza, e la Virtute impara
La fortuna da gl'altri . . . .

Se

SE nella traduzione dal latino nel nostro volgare idioma riconosci tal volta qualche variazione, sappi ch'io non ho voluto soggettarmi alle troppo rigide leggi pedantesche, e che nel linguaggio Italiano ho procurato ammaestrare anche quelli di più rozza capacità, e che tal volta hò tralasciato alcune cose, e alcune volte l'hò aggiunte; Confesso in più luoghi auer poste molte digressioni, similitudini, e materie troppo retoriche, non tanto frequentemente vsate da altri Autori; ma sappi che dal lungo tempo, che hò pratticato l'insegnare a' Giouani, son giunto à conoscere, che li medesimi non meglio vengono allettati alli Studij, che con l'andar intramezzando queste digressioni più piaceuoli, e più amene: E finalmente sappi, che (col Diuino aiuto) son per accingermi à comporre vn altr' opera di più materie, da diuidersi in tre parti, nella prima delle quali si commentaranno altre dottrine d' Ipocrate appartenenti alla Chirurgia; secondariamente essaminarò l'vso della Milza conforme alla mia opinione, nel modo che hò più volte accennato, ma con poche parole nel Teatro Anatomico, cioè che la Milza serua per render il sangue fibroso; Nella terza finalmente vn trattato de' Tumori, e Fistole vicino all'ano. Intanto prega Dio per me, acciò si degni di permettere, che possa effettuare ciò, che promisi.

INDEX
APHORISMORVM

Ad Chirurgiam ſpectantium commento expoſitorum.

SECTIO PRIMA.

SECTIO SECVNDA.

SECTIO TERTIA.

SE-

SECTIO QVINTA.

Tu-

SECTIO SEXTA.

In

SECTIO SEPTIMA.

SECTIO OCTAVA.

INDI-

INDICE DEGL'AFORISMI
Appartenenti alla Chirurgia, e che sono commentati.

SEZIONE PRIMA.

SEZIONE SECONDA.

SEZIONE TERZA.

SEZIONE QVARTA.

SEZIONE QVINTA.

Ere-

SEZIONE SESTA.

SEZIONE SETTIMA.

IN

IN HIPPOCRATIS APHORISMOS AD CHIRVRGIAM SPECTANTES COMMENTARIA BERNARDINI GENGA.

SECTIO PRIMA.

APHORISMVS PRIMVS.

Vita breuis, Ars longa, Occasio præceps, experimentum periculosum, Iudicium difficile: Nec solùm se ipsum præstare oportet opportuna facientem, verùm etiam, & ægrum, & Assidentes, & exteriora.

APHORISMI nomen si spectes, ab ἀφορίζω *Aphorizon* verbo Græco deducitur, quod *segrego, sepono, idemquè designo* significat; vndè nomen processit Aphorismos, & Latinis *Aphorismus*, quod sonat *separatio*, *distinctio*, *sepositio*.

Aphorismi nomen vnde dicatur.

At si Aphorismum notione medica perpendere placet, ità explicandum videtur. *Di-*

stincta rerum explicatio, seù plurium summatim facta traditio, quasique ad regulam exacta rerum doctrina: Quod totum a Galeno clariùs explicatum habemus, dum ait. *Aphorismus doctrinæ genus est, quod omnes rei proprietates breuissimè circumscribit.*

Aphorismi definitiones.

Et quidèm iure optimo, quandoquidèm Hippocrates doctrina hàc Aphoristica compendiosè medicinam vniuersam compilauit.

Verùm autem Textus hic Hippocraticus, Aphorismus verè sit, an totius operis medici proœmium, & an vnicus vel plures Aphorismi; silentio prætermittere placet: dicam tamen hàc sententia Hippocratem non medicos tantummodò, sed ægrotos, aliosque plures docuisse, vt mox demonstrabimus.

Præfatam doctrinam, quam verè Aphorismum appellabimus, in duas partes diuidemus, & earum vnamquamque in plures alias.

Pars Aphorismi istius prima continet verba illa.

Vita breuis, Ars longa, Occasio præceps, experimentum periculosum, Iudicium difficile: secunda. *Nec solùm se ipsum præstare opportet opportuna facientem, verùm, & ægrum, & assidentes, & exteriora.*

Vita breuis quare.

VITA BREVIS. Et quidem luce clariùs apparet Vitam breuem esse; quod accuratè admodum expressit Salustius his verbis; *Vita, qua fruimur breuis est, quia anima vegetatrix non diù remanet in calore natiuo Fato, & casu;* (vt ille loquebatur) *Fato, ob perennem fluxum triplicis substantiæ eius, vndè corpus nostrum consistit. Dùm enim flammat, ac micat calidum natiuum nostri corporis in humido primigenio, eius generis substantia absumitur, non alitèr ac*

in

In lampade oleum à flamma exhauritur; quod ni absumeretur, flamma non micaret; Ità & in nobis nisi calidum natiuum splenderet, non viueremus; at dum id splendet, absumit oleum suum, in quo viuit, ac micat eius flamma; hoc est, humidum primigenium exhauritur: Adeò vt, viuere nostrum nihil aliud sit, quam mori. Nec id victus ratione eadem analogia resarcitur, quò enim quid propius abest ab ortu suo, eò vberrimo, ac benignissimo rigatur calido, humidoque natiuo. Casu etiam anima vegetatrix non diu remanet in calore natiuo, nam facilè is rerum aduersarum appulsu extinguitur: Ità quod satis aptè Lucianus hominis vitam Bullis similem dicat, quæ simul ac natæ sunt euanescunt, aliæ paulò durant. Quibus verbus, & physicis rationibus declaratur vitam nostram per ipsamet principia, quibus habet esse, naturaliter ad interitum festinare.

Viuere aliud non est, quàm mori, & quomodò.

Vita hominis Bullis comparata.

At si accuratius non secundum præfatas naturæ leges, sed aduentitias, & extrinsecas rationes vitæ breuitatem perpendamus, consideremus hominem viuentem quidem, sed in matris Vtero latentem, & ab ipso exeuntem. Quoties! Ah quoties genitus, & in Vtero latens moritur; ipsoque solo lucernæ extinctæ inameno vapore necatur, si fides præbenda Plinio, & sæpiùs per matris obitum generationis locum pro feretro, & tumulo recognoscit? Quoties supra feretrum insunt reuera duo, sed vnicum spectatur cadauer? Adeò vt genitus, & non natus homo in mundo fuerit, ipsumque non viderit. Denique in ipso exitu ab Vtero quibus non obiectatur periclis? Non nè per nos Medicinam Chirurgicam facientes;

Extrahitur moriens infans crudelibus vncis;
Et nondum natus dilaceratur homo.

At supponamus hominem felicitèr in lucem emissum, viribus constantem, secundàque valetudine gaudentem, certò pariter eius vita breuis est comparatiuè ad Artis longitudinem; sicuti meritò Hippocratem intellexisse credendum videtur, vt moneret Medicinæ studiosos terendum non esse tempus, sed studijs assiduis incumbendum, vt in quantum fieri potest ex parte nostra per ignauiam, & socordiam non deficiamus.

Vita breuis comparatiuè ad Artis longitudinem.

Non conqueratur igitùr studiosus de breuitate vitæ, sed qualiscunque ipsa sit, totis viribus studijs, & practicis exercitationibus eam impendat.

Hoc totum nos docuisse videtur Seneca libro de breuitate vitæ capite primo. *Non exiguum temporis habemus, sed multum perdimus, satis longa vita, & in maximarum rerum consumationem largè data est, si tota benè collocaretur; sed vbi per luxum, ac negligentiam defluit, vbi nulli rei bonæ impenditur, vltima demùm necessitate cogente, quàm ire non intelleximus, transisse sentimus: Ita est, non accepimus breuem vitam, sed facimus; Non inopes eius, sed prodigi sumus.*

Vita breuis, quando non benè impenditur.

ARS LONGA, *Ars est comprehensio, seù doctrina ex præceptionibus veris, certis, vniuersalibus consentientibus inter se, & ad vnum finem tendentibus, quæ omnia Medicinæ conueniunt.*

Ars quid sit.

Sed vtrùm Medicina Chirurgica ars sit, an scientia, non est meum inquirere, dicam tantùm Artem Chirurgicam longam esse, si verus, & doctus Chirurgus quis euadere cupiat,

Ars Chirurgica longa, & quare.

vt realiter debet. Peritus namque Chirurgus Physiologicam doctrinam, ac Medicus Physicus callere debet; sicuti peritus Medicus præceptiones Artis Chirurgicæ, vt remota, & proxima humani corporis principia recognoscat, alioquin humorum naturalem statum, ac eorumdem ab eodem recessum, effectus, videlicet, fluxiones, & tumores nequaquam dignoscere valebit, ac multo minus curare: Humani corporis structuram, & præcipuè osteologiam, Myologiam, Vasorumque omnium maximè per Artus, & extrinsecas partes excurrentium exactam notitiam, non solum theoricam, sed practicam longa cadauerum dissectione proprijs manibus diuturno tempore reiterata, intelligere, & dignoscere debet, prout in mea Anatome Chirurgica fusius exposui.

Hisce fulcitus solidioribus principijs morborum omnium, qui Chirurgica curatione indigent, præcipuè verò tumorum, vulnerum, vlcerum, fracturarum, & luxationum ideam, & eorumdem affectuum curandorum theoricam, & praxim consequi debet.

Quis igitur omnia hæc considerans Chirurgicam Artem longam non iudicabit?

Sicque concludamus quod Hippocrates, vt nos ad solidam Chirurgiam capessendam hortaretur, Vitam breuem, Artemque longam considerandam proponit, vt scilicet à teneris vnguiculis Chirurgicis studijs operam demus idcircò libro de lege nos monet Institutionem à puero, vt temporis progressu Artem, licèt, longam addiscere, in quantùm possibile fuerit, valeamus: Ac si quis aliquem vnica tantum die hyberno tempore ad aliquam Ci-

Vitam breuem, & Artem longam quare monuerit Hipp.

vitatem distantem per triginta millia passuum viaque aspera, & cænos iter facturum moneret: *Caue vt diluculò surgas, & festinantèr ambules: tempus enim breue est, via autem longa.*

Oh vtinam Vitam breuem esse, & Artem longam Chirurgiæ Tyrones animaduerterent: longa namque me alios docendi occasio docuit: quamplures Tyrones Chirurgicis studijs potiùs apparentèr, quàm realitèr addictos; Nec Hippocratis documenta capessentes, optandum potiùs, quàm optatum finem non consequi; quia Hippocratis hæc documenta non considerant: immo confundunt, & euertunt: Si namque illos hortemur, & compellamus ad studia, respondent, *adhùc admodùm sum iuuenis, aliquid iuuentuti concedendum, faciam, faciam;* sicque protractis, & malè consumptis primæuæ ætatis annis, quod antèa discere pertæsum est, mox addiscere pudet, & cupientes nequeunt, Hippocraticum documentum funditus euertentes, legentes nempè Vita longa, Ars verò breuis.

Occasio quid.

OCCASIO PRÆCEPS. Hic priùs nobis inquirendum quid sit occasio. Communitèr sic definitur. *Occasio est tempus actioni opportunum.* At quia nos latet quando tempus hoc actioni sit opportunum, idcircò accuratiùs *Festus* talem definitionem temporis proponit. *Occasio est opportunitas temporis casu proueniens.* Cùm autèm occasio in temporis opportunitate consistat, idcircò Hippocrates lib. Præceptionum, tàm temporis, quàm occasionis naturam sic exponit.

Temporis, & occasionis definitio ex Hip.

Tempus est in quo occasio est, occasio verò in qua tempus non multum; Ex quibus omnibus colligitur, occasionem non de facili dignosci pos-

pôsse, nec diù perdurare, qûòd *occasionis nomen ipsum* clariùs demonstrat: Dicitur namque *occasio ab occido* penultima breui, quod modo significat *obuenio*, ab, *ob*, *quod est citum*, *vel propter*, *&* *cado*; *Occido interdùm interimor significat*,

Occasionis denominatio vnde proueniat.

Vndè *occasus* hoc est *Interitus*; Aliquando *Cado*, vndè *sol occidere* dicitur, quia cadere videtur, dum mergitur *& occasus solis*, ipsa solis mersio; & meritò occasio medica præceps est, & fugax; nàm perit, & fugit illicò: Cùm namque materia nostri corporis sit mollis, & fluxilis, ipsaque salus in fluidorum symmetrià, & necessaria instabilitate consistat, & de facili ob istius fluuidi vel citiori, vel tardiori motu morbi generentur, eòquòd quamplures substantiæ, ex non benè regulato sanguinis motu, vel non deponuntur impuræ, vel salubres in ipso sanguine non resumuntur, & ex his rationibus documentum sumere debemus, humani corporis sanitatem in humorum necessaria instabilitate consistere: qûod iisdem rationibus animaduertit Galenus ipse in commento talis Aphorismi.

Humani corporis sanitas in quo consistat.

Discant ex hoc Chirurgi quomodò possint de facili decipi in curationibus, tumorum præcipuè, & vulnerum; quandoquidèm interdùm Parotides citiùs aperire, expurgationem materiei vel retardat, vel omninò impedit, idemque præstat diutiùs apertionem differre; Idem in bubonibus venereis aliquandò pariter contingere solet;Ità & in vulneribus Capitis, cum ossis vel terebratio, vel abrasio inflammationes, aliaque perniciosa symptomata producit, quæ sæpiùs etiàm per retardatas easdem operationes aduenìunt. In Thora-

cis vulneribus penetrantibus ſanguis in cauitate eiuſdem collectus ob retardatam Paracenteſim per alias vias vtilitèr fuit expurgatus; Interdùm ob eamdem tarditatem, febrem acutam, inflammationem, & mortem induxit. Adeò vt non ſit (etiam peritiſſimis Profeſſoribus) ità facile temporis opportunitatem, & operandi occaſionem inuenire, & vt liberè loquar, vix aliquis in talibus difficultatibus enodandis doctus cenſeri poteſt, ſed minùs errare didicerit, qui tales caſus, pluribus difficultatibus implicitos ſæpiùs, ac ſæpiùs diligentèr obſeruauerit.

Opportunitas, & occaſio operandi in Chirurgia non facilè dignoſcitur etiam à peritis Profeſſoribus, & quare.

At ſi occaſionis naturam in quantùm præcipuè ad Chirurgiam ſpectat, exprimere placet; accuratiſſimè expreſſam apud veteres ex Fidia hoc ſchemate habemus. *Etenim Nimpham alatis talaribus volubili rotæ inſidentem effingebant, vertigine quàm citiſſima ſemet in orbem circumagentem, priore capitis parte capillatam, poſteriore vero caluam; nouaculam manu tenentem, & quæ acie quidem eſſet acutiſſima, oppoſita vero parte planè obtuſa, vſuique inepta: Hanc comes ſequebatur Metanea, ſiuè pænitentia.*

Occaſio quomodo exprimebatur à Fidia.

Hoc modo mulierem effingebant fronte capillatam, & occipitio caluam, vt inſtabilem repræſentarent, & idcircò docerent arripiendam eſſe occaſionem, dum ſe prima fronte offert, alioquin ſi neglectam præterire permiſeris, elapſuram, nec à tergo vtpotè caluam apprehendendam.

Nouaculæ Acies operandi in occaſione opportunitatem, ipſiuſque altera pars obtuſior importunitatem demonſtrat: Metanea ſiue pœnitentia occaſionem ſectans indicat, quòd

quan-

quanta est negligentia in occasione oblata, nec arrepta, tanta mox ab elapsa oboritur pœnitentia.

EXPERIMENTVM PERICVLOSVM in nostra Anatomia Chirurgica reformata lib. 2.c.31. pag.264. obiter agentes de experimento, & experientia, diximus aliquam intercedere differentiam inter experimentum, & experientiam, ponentes experientiam resultare ex pluribus reiteratis experimentis vtilitèr, & felicitèr terminatis; Experimentum verò esse attentatum quoddam, licèt rationi consonum, attamen practicè non probatum, nec à posteriori vtilitèr comprobatum, & idcircò periculosum. Sicuti è contra magistra nuncupatur experientia, quia resultat à pluribus experimentis vtilitèr comprobatis.

Experimentum, & experientia in quo differant, & quid significent.

Qua propter ex hoc Hippocratis documento docemur, non tam de facili noua, & inusitata remedia, quæ in dies in re Medica, & Chirurgica ab innouatoribus proponuntur, esse amplexanda; sed tunc quando reiteratis experimentis vtilis, & probata sequitur experientia.

IVDICIVM DIFFICILE. In omnibus iudicium semper difficile, sed quòad Medicinam, & præcipuè in casu nostro quòad Chirurgiam Iudicium difficile redditur, si morborum cognitionem, prognosim, & curationem consideremus.

Morborum ab humoribus causatorum difficilis cognitio, & curatio, quare.

Morborum cognitio, & eorum præcipuè, qui humorum vitio suscitantur, redditur difficilis, eò quia vt rectè iudicetur; eorumdem humorum generationem, naturam, & motum in statu naturali cognoscere debemus, vt eorumdem à naturali statu recessum dignoscamus.

mus. Sed quisnam hasce difficultates, tot variarum opinionum implicamentis inuolutas dignoscere valet?

Per tot sæculorum decursum sanguinem in Hepate generari, & per venas in totum corpus deferri, & in alimentum distribui creditum fuit; sed nostris temporibus circulatione recognita, nec tali pacto moueri, nec in Hepate generari clarè patet; ergò circà hoc iudicium difficile semper fuit, & falsum; & licèt interdùm veridicum emanauerit, potiùs per casualem, & experientia firmatam rationem, quàm per veram cognitionem à priori; idcircò solidior illa est Theorica, quæ ex bona praxi, & accurata obseruatione resultat. Hoc aperuisse constat Platonem lib. 31. dialogo 3. his verbis: Medici quidem sufficientissimi euaderent, si ab ineunte ætate, vltrà discendæ artis studium, inter plurimos corpore malè affectos conuersarentur.

Theorica bona, quænam sit.

Postquàm in priori parte huius Aphorismi generalia documenta Medico necessaria exposuerit Hippocrates, in hac secunda prosequitur docendo, quòd licèt Medicus in cunctis Medicinæ partibus sit peritus, & ad morbos curandos, in quantùm ex arte pendet, idoneus; non inde sequitur, quòd (ùt decet) curationem absoluere valeat, quandoquidem necesse est vt simul concurrant *Æger*, *Assidentes*, *& Exteriora*.

Supponamus in nostro casu Chirurgum cunctis numeris bonum, quòad Theoricam, & Praxim, alias etiam conditiones ipse callere debet, vt Patientem ipsum ad curationem benè disponat; exigat in primis obedientiam, & fiduciam; obedientiam, vt hilari, & patienti

Obedientia infirmi necessaria.

tienti animo se subijciat doloribus, qui in Chirurgicis operationibus necessariò causantur, spe recuperandæ sanitatis, & fide quod ab ipso Chirurgo cuncta prudenter agantur.

Hæc autem obedientia non de facili obtineri potest, præcipuè à Chirurgo dolores necessariò causante, proindè secundùm variam ægrotantium, conditionem varia pariter methodo procedat.

Infantes blanditijs, nugis, & munusculis alliciat, interdum leuem pauorem fictis phantasmatibus inducat, vel tandem aliqua vrbana violentia vtatur, vt quod necesse est, operetur.

Obedientia quomodo ab ægrotis procurāda secundum eorum diuersitatem.

Mulieres autem formidolosas, aliosque etiam viros talis conditionis, si rationes non sufficiant, curet decipere, si fuerit opus aliquod dolorificum operari; & ad debitam dietam hortetur, totumque adstantibus domesticis rigorosè committat.

Rudiores verò homines, qui sensu potiùs, quam ratione mouentur, caueat ne victus ratio, & venereorum vsus ad mortem pręcipitet, præcipuè si fuerint vulnerati, vel fractura, vel luxatione insignis ossis laborent.

In hoc autem animaduertere necesse est, quod tales Patientes, vt plurimum ob non obseruatam victus rationem in peius ruunt, necnon ad mortem per leues etiam affectus se præcipitant; & debita obseruantia difficilius solet ab ipsis tolerari; quod in alijs morbis, & præcipuè febribus raro euenit. Ratio est, quia tales patientes vulnerati, vel alio modo, vt diximus, laborantes, primis diebus, in quibus inflammationis periculum imminet, valdè esuriunt, & difficillimè tenuem victum

Vulnerati quare difficillimè dietam obseruent.

sufti-

sustinent, quod in febricitantibus rarò contingit, quia febris ipsa nauseam, & inappetentiam vt plurimùm inducit; quam quidem vulneratorum dietæ difficilem obseruantiam dignoscens Hippocrates lib. de vulneribus sic nos docet. *Vulneratos fame affligito*, eum ipse cognosceret victus tenuitatem non de facili, & sine afflictione tolerari posse, prout valent cœteri febre, vel alio intrinseco morbo inappetentia laborantes, in quibus cum ipso morbo pariter reperitur; Idcirco vt ad debitam obedientiam inducat, etiamsi vulnus per se non admodum sit periculosum, nihilominùs aperto ore asserat, quod si aliquem errorem committet, & debitam non præstabit obedientiam, facilè morietur.

Vulnerati quomodo ad obedientiam inducendi circa dietam.

Pusillanimes, melancolicos, & quomodolibet mortem timentes hilari fronte ad lætitiam horteur, & promittat, quod certo, & citò sanabuntur, si in cunctis obedientes erunt, tàm victus ratione, quam in sumendis pharmacis, & doloribus constanti animo tolerandis.

VERVM, ET ÆGRVM: Ægrotus omninò curantis peritiæ, fidei, & diligentiæ propriam salutem committat, ipsiusque mandatis patienter obediat, nec vaniloquentijs visitantium, & amicorum nugis credulum se præstet.

Ægrotus fidem habeas in Chirurgum curantem.

In hac ægrotantis obedientia vt plurimum tota curandi ratio, ac bonus, vel malus curationum euentus consistit, in quantum ad artem pertinet, & in hac (liceat liberè loqui) magis, quam in cunctis alijs rebus erratur, præcipue a ditioribus, & sublimioris notæ Patientibus, illis inquam, quorum passiones prudens animus non coercet.

MITIGA IL DOLORE. Abbiamo detto, che il moderato calore assottiglia; da questo assottigliamento le parti neruose, le quali solamente sono atte à patire il dolore, e non quelle che sono priue di senso, se ritrouandosi queste addolorate, e se gl'applichi calor temperato, vengono à relassarsi, & ammollirsi, e per questa ragione cedono alquanto agl'insulti dell'vmore irritante, e lancinante, e l'istesso vmore venendo disciolto, & assottigliato dal detto calore moderato, in parte recircola per i vasi, & in parte si risolue insensibilmente, e per queste ragioni auiene che *il caldo mitiga il dolore*.

Mitiga il dolore.

MITIGA LI RIGORI, LE CONVVLSIONI, E LI SPASMI VNIVERSALI. Il calor moderato mitiga simili passioni neruali, ò muscolose, relassando parzialmente le dette parti, e parzialmente ancora dissipando, e risoluendo il detto vmore nociuo, come di già abbiamo spiegato.

Mitiga li rigori, li Tetani, e li spasimi vniuersali.

M E CIR-

Scioglie la grauezza di capo

E CIRCA QVELLE COSE, CHE APPARTENGONO AL CAPO, SCIOGLIE LA GRAVEZZA DI ESSO. Dopo auer discorso Ipocrate degl'vtili prouenienti dal calore, cioè moderato, mà in generale, viene hora à spiegare come il detto calore sia gioueuole in particolare ad alcune parti, soggiungendo *che il caldo discioglie la grauezza del capo*. Il Capo con buona ragione vien chiamato da Medici Metropoli del freddo, e dell'vmido; Questo vmido cioè pituitoso alcune volte incrassandosi, e congelandosi, induce grauezza di capo: Per opera dunque del caldo temperato viene quest'vmido à disciogliersi, e così disciolto ò recircola con il sangue, ouero se sarà escrementoso si espurga per quelle parti, che sono vie communi escretorie del capo, & è scacciato fuori del corpo; E così scacciato che è questo, ne segue, che tolta via, e rimossa la causa della grauezza, venga il detto calore à disciorre la grauezza del capo.

Conferisce molto alle fratture dell'ossa, & in particolare alle nude.

CONFERISCE MOLTO ALLE FRATTVRE DELL'OSSA, ET IN PARTICOLARE ALLE NVDE. Che l'ossa sijno parti fredde, & in che modo questo freddo debba intendersi, di già l'abbiamo spiegato di sopra nell'esposizione d'alcuni Aforismi, hora però soggiongiamo, che sicome il freddo è inimico all'ossa, & il caldo amico all'ossa essendo intiere, e sane, molto più all'ossa rotte il caldo è amico, & inimico il freddo: La ragione è perche per causa della detta frattura le medesime ossa vengono ancora ad indebolirsi maggiormente, & in particolare se restino scoperte, e denudate da quelli naturali integu-

tegumenti, da quali prima erano ricoperte; Nel qual caso il di loro poco calore viene sempre più contrastato, & in vn certo modo oppresso dal freddo estrinseco.

ET IN PARTICOLARE DI QVELLI, CHE HANNO VLCERI NEL CAPO. Nel capo veramente, cioè nel cranio si rende maggiore ò l'vtile, ò il danno del caldo, e del freddo per due ragioni; La prima perche l'osso del cranio è molto sottile, & in consequenza meno renitente alla rigidezza del freddo: Secondariamente perche venendo questo esternamente ricoperto da parti membranose, & internamente habbia la dura, e pia madre, e l'istesso ceruello, il quale freddo comparatiuamente all'altre parti, molto più li si rende amico il caldo, & il freddo inimico.

Di quelli, che hanno vlceri nel capo.

E TVTTE QVELLE PARTI; CHE VENGONO RESE MORTE DAL FREDDO. E certo l'assioma filosofico, che *de contrarij è la medesima ragione*: Meritamente dunque quelle parti, *che vengono rese morte del freddo*, cioè che non sono veramente morte, e sfacellare, mà in via alla corruzione, e sfacelo, vengono à riceuere benefizio dal calore, perche dal detto calore, non solo vien riscaldata la parte refrigerata, e resta rinuigorita, mà insieme li vasi sanguiferi della medesima parte, e delle parti vicine ancora, con il sangue che scorre per esse vengono à rarefarsi, e spandersi, & ad insinuarsi il detto sangue nelle più intime particelle (dirò) della parte, che è per morire, e così viene richiamata la vita, e resta difesa, & assicurata dalla corruzione, che li sourastaua.

E tutte quelle parti, che vengono rese morte dal freddo.

Ouero restano vlcerate.

OVERO RESTANO VLCERATE. Il freddo à tutte l'vlceri è sempre inimico, imperoche mantenendosi la vita mediante la conseruazione del calore natiuo, deue necessariamente la parte in qualsiuoglia modo vlcerata restar impouerita di calore natiuo, e per conseguenza venir più offesa dal freddo esterno, e di qui auiene, che il freddo sia inimico all'vlceri.

Et all' Erpeti corrosiui.

ET ALL'ERPETI CORROSIVI. Ciascuna parte quanto più longo tempo viene trauagliata da qualche morbo, tanto più si rende indebolita; Consistendo la robustezza delle parti nella debita composizione delle particelle minime di esse parti, ò dir vogliamo membra, mà quando qualche parte hà patito alcuna passione, e particolarmente soluzione di continuo, ne segue necessariamente, che la medesima parte essendo stata disciolta nelle sue minime particelle, non ritenga più la sua primiera, e naturale struttura, e per conseguenza si rendi più debole, e perciò à restare offesa dal freddo, come contrario al calore naturale, dal quale vien conseruata la vita di tutto il corpo, e la salute di ciascuna parte di esso: Ma in questo vorrei che restassero ammoniti li Chirurghi, che il freddo non solo è inimico à tali vlceri corrosiue, mà ancora à qualsiuoglia altro vlcere per le ragioni di già esposte; E se bene faccia bisogno alcune volte applicare all'istesse vlceri li medicamenti frigidi, questo puole solamente accadere ogni volta che ò l'vlcere istesso venghi molestato da qualche intemperie calida sopragiuntali, ouero (essendo di già l'vlcere riempito di carne) resta solo l'intenzione di generarui la cica-

icatrice; nel qual tempo di cicatrizare essendo di già cresciuta la carne, deue necessariamente supporsi, che la parte si ritroui alquanto più nel suo vigore, e che non possa rimaner molto offesa dal freddo, & ancorache il detto freddo esterno, cioè l'attiuità del medicamento freddo, e secco operi la condensazione, & essiccazione della superficie della detta carne, in quanto è medicamento, essendo per altrotanto il generarsi della carne quanto l'indursi della cicatrice, secondo la sentenza de più graui Autori, opera della natura, la quale sempre gode del caldo, e non del freddo.

ALLE PARTI DELL'ANO, ALLE PVDENDI, ALL'VTERO, ET ALLA VESSICA IL CALDO E AMICO, E GIVDICATORIO ET IL FREDDO E INIMICO, E MORTALE. Abbiamo già esposto di sopra, che il freddo è inimico alli nerui, e parti neruose; Se dunque consideriamo bene tanto le parti dell'ano, quanto le pudende, e dell'vtero medesimo, della vessica esser composte di sostanza neruosa, e membranosa, pare che necessariamente abbia da conchiuderfi, che à tutte queste parti sia il freddo inimico: Può raccogliersi ancora questa verità mediante la riflessione anatomica seguente, la quale è, che moltissime propagini de nerui si portano à tali parti, quali nerui vengono à diramarsi dalli neruetti, che escono dalle parti dell'osso sacro; Nel qual luogo essendo assai abondante lo spirito animale, e quel succo neruco, che così chiamano li nostri Moderni, mentre chè nell'estremo non si dà passaggio più oltre, e per conseguenza si ritroui quiui

Alle parti dell' ano, alle pudendi, & altre descritte perche il caldo sia amico, & il freddo inimico.

più intenso, & il senso più acuto, necessariamente ancora tali parti vengono dal freddo maggiormente constrette, e l' istesso spirito non si spande, e dispensa bene, perilche molto più sentono le dette parti l'offesa di detto freddo; Per la quale ragione ancora hà da credersi, che queste parti genitali siano state dalla natura poste in tal sito, acciò (dirò così) in vn certo modo raddoppiato il senso venisse à sentirsi maggiore la sensazione gustosa.

SECTIO QVINTA.

APHORISMVS XXIII.

In his frigido est vtendum, vnde sanguis fluit, aut fluxurus est, non ad ipsa admoto sed circa ea vnde fluit: Et vbicunque inflammationes, aut velùt incendia quædam ad rubrum, & floridum sanguine recenti tendunt: ijs ipsis admoto, nam veteribus nigredinem affert: Eresypelas etiàm non vlceratum iuuat, nàm exulceratum lædit.

Docuerat in superioribus Aphorismis Hippocrates calidi, & frigidi vtilitates, & nocumenta, nè autèm Chirurgus prælata frigidi damna nimiùm pertimesceret, & ab eiusdem vsu se se abstineret, & abhorreret, tandem in hoc, alijsque nonnullis Aphorismis subsequentibus frigidi vtilitates exponit, eius-

eiusdemque eius quando conueniat, propalat his verbis.

IN HIS FRIGIDO EST VTENDVM, VNDE FLVIT, AVT FLVXVRVS EST SANGVIS. Cum frigidi proprietas sit densare, merito vti debemus ipso frigido in illis partibus, vndè ad præsens fluit, aut indicio suspicandum, quod sanguis fluxurus sit, quià ope frigidi non tantùm sanguis ipse coercetur, & ad motum tardior redditur, verùm etiam constrictis vasis, & partium porositatibus non de facili eiusdem sanguinis permittitur fluxus, deindè subiungit.

NON AD IPSA ADMOTO, SED CIRCA EA VNDE FLVIT. In hoc casu supponit Hippocrates manifestam continuitatis solutionem, proùt obseruamus in vulneribus, & vlceribus, in quibus interdùm, sed frequentiùs in vulneribus solet sanguinis effusio contingere: In hisce casibus (inquam) laudat frigidi vsum, sed damnat, & prohibet nè frigidum medicamentum ipsimet vulneri, vel vlceri applicetur, cum ipsum frigidum *vlceribus* (quo nomine etiam vulnera intelliguntur) *perpetuò sit inimicum*: Quapropter accersitus Chirurgus ad aliquam huiusce generis morbi curationem vtatur frigido medicamento tanquam intercipiente admoto vicinis partibus, sed se se abstineat ab immediata frigidi medicamenti applicatione in ipso siuè vulnere, siuè vlcere; quod intelligendum de frigido aliquatenus intenso, non autèm mitiori.

Frigidum medicamẽtum vulneratæ, & vlceratæ parti non admouendum, sed vicinis partibus.

ET VBICVNQVE INFLAMMATIONES, AVT VELVT INCENDIA QVÆDAM AD RVBRVM, ET FLORIDVM SANGVINE RECENTI TENDVNT,

IIS IPSIS ADMOTO. Frigidum vtpotè calido diametralitèr oppositum certum est conuenire in omnibus calidis affectionibus, quotiescunque tamèn ipsum calidum, siuè dicere velimus ipsa calida intemperies, vel cùm, vel sine materia consideratur; Sed cum apponat verbum illud *recenti*, animaduertit non semper, sed recentibus, non autèm inueteratis ruboribus, & inflammationibus frigidum conuenire, prosequitur indè.

Frigidum vti calido oppositum calidis affectionibus conuenit.

NAM VETERIBVS NIGREDINEM AFFERT. Quo loco considerat inflammationem iàm in facto esse, & materiam extrà vasa transmissam, in quo casu impossibile est frigidum prodesse posse, quià talis materia vtpotè aliquatenus crassior, & extrà vasa effusa, non tantùm in ipsa vasa iterùm intromitti nequit, verùm magis densata, & etiàm densatis tenuioribus eiusdem materiei portionibus, in causa est, quod ope frigidi in nigredinem transmutetur, & etiàm ad gangrenam pars ipsa disponatur.

Frigidum inflammationibus veteribus nigredinem affert, & quare.

ERYSIPELAS ETIAM NON VLCERATVM IVVAT, NAM EXVLCERATVM LÆDIT. Erypelas si vt Erysipelas, hoc est, affectus calidus consideretur, profectò ipsi frigidum est contrarium, & per consequens proficuum in quantum ad curationem: Sed quia sequitur interdùm erysipelas exulceratum esse, in hoc casu frigidum conuenit, quatenùs morbus erysipelas est, non conuenit autem ratione exulcerationis, quià ex eodem Hippocrate. *Frigidum vlceribus est inimicum.*

ANIM.

ANIMADVERSIO

In huius Aphorismi ponderatione duas difficultates maximi momenti in Chirurgia enucleandas considero. Versatur prima circa inhibitionem, siue suppressionem hæmorrhagiæ. Altera circa admotionem frigidi, & repellentis medicamenti in tumorum principio, & præcipuè inflammationis.

Circà priorem duas alias exponemus difficultates, quarum prima est. *An statim ac quispiam vulneratur, sanguis sisti debeat, siuè potius moderata quantitas vt exeat permittendum.* Secunda *an vsus applicandi albumen oui subactum, vel solum: vel pulueribus adstringentibus, vel stuppis, carptis filamentis, vel linteis imbutis, sit methodus laudabilis, & cunctis numeris admittenda.*

Quò ad primam, ratione, & experientia constat, quod vulnera difficillimè curantur, quotiescunque vulneratæ parti inflammatio superuenit, quæ inflammatio sequitur, quia dissolutis particulis membri vulnerati, & ipsarum particularum vasis languiferis, non potest debito modo sanguis reassumi, & recirculari: Secundò ratione doloris ipsa vascula in vicinis partibus, dùm corrugantur, & contristantur ob fibrillas neruosas dolore vexatas, comprimuntur, & hinc sequitur, quod magis angustentur vasa venosa, quæ ipsum sanguinem reassumere debuissent, & per consequens remanens ipse sanguis in spatiolis, & porositatibus partium vulneri propinquarum ibi postea incalescit, ad putredinem disponitur, & phlegmon inducitur.

Inflammatio vulneribus quare, & quomodò superueniat.

Si

Si igitùr statim, ac quispiam vulneratur, sanguis sistitur, faciliùs præfatum incommodum sequitur, & per consequens periculum inflammationis, quæ inflammatio vel non contingeret, vel admodum debilis, & minùs periculosa, si corpus à plethora alleuiaretur permittendo sanguinem ab ipso vulnere affluentiùs emanare, illicò ac vulnus est inductum: Quod rationi consonum est, & apud practicos quotidiana experientia comprobatur. Hoc etiàm nos totum annuimus *lib. 2. nostræ Anatomiæ Chirurgicæ reformatæ cap. 2. pag. 131.* Idcircò quotiescunquè vulnera contingunt, præcipuè id corpore iuuenili plethorico, calidioribus cibis, & meraciori vino nutrito, æstiuo tempore, & sub ardenti cœlo, pessimum est in vulneribus quàm citissimè sanguinem sistere, immò optimum, si larga euacuatione permissa, plethora minuatur, ipsiusque sanguinis feruor tàm ratione ætatis, quàm temperamenti, & loci, & anni temporis causatus moderetur, & compescatur: Nèc valet in medium afferre, quod etiamsi illicò supprimatur sanguis in vulnerata parte, poterit posteà artificiosè per phlebotomiam aliundè euacuari, nam huiusmodi secunda proposita artificiosa euacuatio fieri potest, vt non adeò vtilis sequatur; Quandoquidèm contingere rationabilitèr potest, quod in aliqua parte, & præcipuè interna succedat sanguinis ipsius non libera circulatio ob aliquam eiusdem sanguinis lentescentiam inductam, præsertim ex animi pathematibus melancholicis, quibus si ægrotantes in communi sempèr diuexari certum est, magis, atquè magis vulneratos affici est in propatulo, tam ratione metus mortis, quàm

Sanguinem statim sistere in vulneribus malum, & quare.

causa

causa excandescentis bilis ab irascibili animi pathemate suscitatæ.

Verum tamen est, quod in hoc casu Chirurgi sunt excusandi, si statim etiàm in principio à vulneribus sanguinem non exire permittunt, & supprimunt, quia adstantes, & præcipuè vulnerati siuè parentes, siuè consanguinei, siuè amici hanc solidam doctrinam, & praxim non callentes, nimiamque sanguinis effusionem turbato animo conspicientes, statim vel dilectum patientem obiturum reputant, vel si post aliquod tempus, ratione propria vulneris, ipsius mors sequatur, ipsum Chirurgum calumniosè vituperant dicentes, quod ipse ob retardatam sanguinis suppressionem; viribusque ad extremum redactis mortis omninò causa extiterit.

Nè autèm tali imbecilla nimis ratione sanguinis in hisce casibus copiosam effusionem, & exitum inhibeamus, prudens Chirurgus tali doctrina edoctus, & monitus, ipsos vel parentes, vel consanguineos, vel quomodolibèt adstantes moneat, & certiores reddat, necessarium esse in talibus casibus sanguinem non statim sistere, ne inflammatio, febris, aliaque praua symptomata sequantur; Concludendo tandèm permissionem largæ effusionis sanguinis non imperitiam, nèc negligentiam esse, sed prudens artificium, & consilium artis, experientia, & Hippocratis auctoritate suffultum, qui *lib. de Vlceribus* sic docet: *Omni recenti vlceri, præterquàm in aliqua cauitate, sanguinem plùs: minusuè effluere expedit: impedit enim vt pluriùm ne humida fiant, & inflammentur talia vlcera.*

In corporibus autèm senilibus, & imbecil-
liori-

lioribus sit sollicitus in sistendo sanguine; In alijs verò mediocris conditionis mediocritèr se gerat.

Sed ad secundam explanandam difficultatem accedamus, an scilicet secundùm Hippocratis doctrinam in rubris inflammationibus vtilitèr sit vtendum frigido medicamento: Pro cuius difficultatis solutione intelligere priùs licèt, quod idem est frigidum medicamentum apponere, ac repellens inflammationibus; Sed quià communitèr ab Auctoribus docetur in tumorum principio, & præcipuè inflammatione repellentia medicamenta conuenire, nihilominùs vnanimitèr Galeno duce septem casus excipiuntur ab ipso Galeno propositi, in quibus frigidam, & reppellens medicamentum non conuenit; Casus autèm hi sunt.

Galenus in inflammationibus prohibet repellentium vsum in septem casibus inferiùs notatis.

Primum. Quando materia influit ad emunctoria, seù glandulas potissimùm quæ sunt post, vel sub aures, in quibus cerebri excrementa suscipiuntur: Itèm sub axillis, quæ cordis sunt emunctoria: Deniquè in Inguinibus, quæ Iecoris dicuntur emunctoria: Non ergò ab his partibus ad partes principales materia est repellenda *cap. 2. lib. 3. per loca*.

Secundus casus est, cum influit materia venenosa, vt in Carbone, & Bubone pestilenti, *loco citato*, quod etiam intelligendum de Bubone gallico.

Tertiò, cum materia citricè fluit *comm. Aphor. 21. sect. 1.* non enim moliri debemus motum contrarium naturæ benè operanti, immò si is naturæ motus non sit sufficiens, potiùs naturam iuuare, & ad partem affectam attrahere debemus.

Quartò, Abstinebimus à repellentibus, quan-

quando fluxio excitatur in corpore cacochimo, aut plethorico *cap. 2. lib. 3. per loca*.

Sextò. Quando dolor eſt vehemens, tùnc enìm potiùs dolor paregoricis leniendus, quàm repellentibus exaſperandus *capit. 2. lib. 2. ad Glauc.*

Poſtremò, & ſeptimò, quando fluxio repit iuxtà partem principem, quemadmòdum in ereſypelate in facie, aut in collo; non enìm intropellenda materia, nè efficiat phrenitidem, aut anginam, aut quid ſimile.

Quibus ſeptem caſibus tres addit Guido, videlicet *ſi fluxio fiat à cauſa primitiua; Si materia ſit impacta; Denique ſi materia ſit craſſa*.

Galeni ſeptem caſibus, in quibus repellentia non conueniunt tres alios addit Guido.

In ſeptem, ſiuè dicamus decem hiſce caſibus examinandis in mentem nobis aduenere duæ animaduerſiones. Prima eſt, quod circa talem doctrinam, non tantùm tumorum, verùm etiàm aliorum affectuum ab humoribus dependentium curatio verſatur: Secunda, quod cum talis doctrina ſit ſimplicitèr neceſſaria ſcitu, non tractabo eiuſdem expoſitionem iuxtà Neotericorum doctrinam, ſed more veterùm potiùs caſus decem prædictos explanabo, nè ſi quiſpiam forsàn antiquus Galenicis documentis magis, quàm par eſt, adhùc tenacitèr adhereat, noſtram ſententiam inexanimatam explodat, quàm eiuſdem Galeni doctrinæ principijs non omninò diſſimilem inueniet; ſi eoſdem caſus Galenicæ paritèr doctrinæ trutina ponderare placuerit.

In quantum ad primum *non conueniunt repellentia quando fluxio excitatur ad emunctoria*: Et ratio communitèr creditur, quod cum emunctoria (hoc eſt partes glanduloſæ ſub

Auri-

Auribus, Axillis, & Inguinibus) a Veteribus creditæ & vocitatæ fuerint partes, ad quas, tanquàm ad cloacas, Principes partes noxios humores transmittant, nempè Cerebrum ad glandulas parotides sub, & circa aures; Cor ad glandulas subaxillares, & Epar ad glandulas inguinales, prout etiam superiùs exposuimus; Quotiescunquè (inquam) ad tales partes vitiosi humores extruduntur, repelli minimè debent, nè partes istæ principes, simulque totum corpus inquinetur.

Hoc totum profectò rationabile esse videtur, sed non semper: Concedimus tantummodò non reppellendum, quando ad huiusmodi emunctoria fluxio, & ex fluxione tumor causatur absque causa vlla extrinseca, quam Nostrates procatarticam appellant, (puta) percussione, vulnere, aliaque huiusmodi causa in ipsis partibus emunctorijs excitatur tumor. At si ipse tumor causetur primò ab extrinseca causa, vt si quis percutiatur in ijsdem partibus emunctoriis, vel membris vicinis, & ratione talis extrinsecæ percussionis, siuè læsionis quomodolibèt immineat, vel in principio sit fluxio, & inflammatio; In hisce casibus, non tantùm, non sunt prætermittenda reppellentia, immò iure optimo frigida, & repellentia sunt applicanda, quia tumores isti non causantur vitio nobilium partium, nec humorum per se peccantium, quarum nobiliorum partium, & humorum eædem partes veluti emunctoria creduntur addictæ, nec superuenissent, nec tumorem excitassent, si vel in partibus ipsis, vel proximioribus non fuisset sequuta læsio, vel dolor.

Galeni septem casus examinantur.

In Bubone venereo, alioque tumore vene-

nato

nato, Carbunculo, & huiusmodi affectibus, in quorum causam insignem cacochymiam suppo-nere debemus: Sicuti etiam quando in acutis, & malignis febribus, & alijs morbis similibus extruditur ad aliquam partem humor, & pars ipsa ità vel sit, vel non sit emunctorium non debemus naturæ motum impedire, & hostem ab ipsa natura extrusum veluti equum Troia-num in corporis arcem perniciosiùs intrude-re: In hisce duobus casibus nihil dicendum contrà, nec distinctionem vllam reperiri con-cedo, & nullum repellens admouendum con-cludo.

Secundò. Circa materiam venenatam nulla profectò potest assignari ratio, per quam re-pellentia sint adhibenda.

Tertiò. Nèc eadem repellentia conueniunt, quando excitatur tumor per modum crisis, ra-tionibus à Galeno propositis, & à nobis supe-riùs explicatis, immò subiungimus nec conue-nire etiamsi excitaretur tumor per motum sym-ptomaticum; Ratio est, quia materia morbifi-ca semper necessariò erit malæ conditionis, & ideò non repellenda.

Quartò. Quoad quartum in plethorico pos-set dici, quod etiam repellentia locum ha-berent, quotiescunquè prudens Chirurgus in primo principio inflammationis copiosam san-guinis missionem celebrare posset, quæ ple-thoram vel minuere, vel auferre valeret, & hoc facto tumor adhùc non esset adauctus, nec grauiora symptomata superuenissent: At quia in praxi difficillimum est, ne dicam im-possibile, hoc contingere, nempè quod Chi-rurgus, & præcipuè prudens, & doctus aduo-cetur, cunctisque prædictis circumstantijs in

tali

tali casu, quia nec patiens credit se magno tumore correptum iri, nec de facili talis Chirurgus solet, & reperiri, & aduocari, ideò circa hoc vlteriùs non alloquemur.

Quo vero ad corpus cachochimum; Videntur interdùm aliqua corpora laborare non vera, & vniuersali cacochimia, sed peculiari tantummodo alicuius visceris nobilioris: quæ cacochimia particularis non aliundè prouenit, quàm ex vitiata particularum minimarum structura, ex qua cum non permittatur debitus fluidorum cursus, distributio, reassumptio per vasa reflua; & per cutis porositates discassio, sequitur id, quod communitèr vocitatur cacochimia, sic dicta ob duas Græcas voces *Cacos*, quæ malum, & *Chimos* succum significant, ex quibus verbis resultat Cacochimos, quod sonat idem, ac prauus succus; & intelligitur communiter pro redundantia praui succi, siue vitiosi humoris, & sic paritèr pro ipsa intelligendum id quod alio modo partis intemperies, siuè imbecillitas appellatur: In exemplum sit; Laborat aliquis intemperie cum materia (dicamus) pituitosa in ipso capite, & talis intemperiei manifestissima signa dignoscuntur: Si igitur tali ægrotanti superueniat (puta) in pede tumor aliquis phlegmonosus, videtur iure optimo, repellentia adhiberi posse, dummodò alia ratione ab ipsis non sit abstinendum, eò quia in tali casu vtiliùs est pedem à tumore, & suppuratione vindicare, cum sperari non possit futurum, vt per suppurationem tumoris in pede, capitis cacochimia tollatur, nèc sit timendum, quod si non sequatur ipsa suppuratio, eadem cacochimia augeatur.

Cacochimia quid eiusque ethimologia.

Quin-

Quintò. In quinto casu consideratur partis debilitas, cuius debilitatis causas recognoscere debemus, an ista proueniat per sitùs ad fluxiones recipiendas decliuitatem, vel vasorum amplitudinem, & eorundem morbosam dilatationem, vt sequitur quando venæ sunt varicosæ; in quibus casibus ad partes, ipsasque dilatatas venas constringendas debent repellentia admoueri, immò fasciationibus, alijsque expulsiuis pars nimiùm laxa constringi: Sin verò partis eiusdem imbecillitas sequta fuerit, eo quòd multò anteà, & per plures etiam annos, vel vulnus, vel fracturam, vel sanguiferorum vasorum disruptionem fuerit passa, & hisce rationibus non suppedirentur eidem, & spiritus, & alimentum sufficiens ad eandem partem debito modo viuificandam, & nutriendam, etiamsi per accidens aliquis tumor superueniat, in ipsa nequaquàm repellentia frigida conueniunt, nè constrictis adhùc magis membri particulis, tàm spiritus, siuè caloris, quàm alimentaris succi prohibeatur irradiatio, & distributio.

Sextò. Circà sextum, in quo agitur de intenso dolore diuexante partem, considerandum est, quòd licèt dolor symptoma iudicetur, nihilominùs cum dolor ipse sit virium quàm maximus prosternator, nimiumque naturæ infestus, semper eiusdem persistentia, & longa perduratio pertimescenda, curandumque est cunctis numeris, vt tollatur, siuè saltem minuatur, vel ipsius causam, vel sensum auferendo, vel anodinis leniendo.

Dolor tribus modis sedatur.

Septimò. Denique septimum casum examinantes meritò repellentia non conuenire asserimus; *quando tumor excitatur circa aliquam*

quam partem Principem, sed hoc non semper est obseruandum, quarè statuimus talem habendam esse distinctionem, videlicèt quòd in subsequentibus casibus repellentia tutò sint adhibenda, hoc est, si tumor causetur (puta) in capite ab aliqua percussione, siuè quomodolibet læsione ab extrinseca causa, vel in oculis contingat Ophtalmia, vel circà aures, vel in ipsis faucibus sequatur inflammatio, etiamsi ab intrinseco fluxio, & inflammatio proueniat, attamèn refrigerantibus collirijs, & gargarismis vti possumus, quanquam partes istæ principi parti proximæ sint, nempè Cerebro: Sed dato quòd quispiam grauiter concussus, siuè contusus fuerit in capite, non autem in oculis, & post receptam contusionem oculi ipsi incipiant vel inflammatione, vel tumore nigricanti, veluti enchymosi, vexari, (prout contingere solet, & in praxi frequentius obseruatur) tùnc nequaquam repellentia conueniunt; Ratio est, qui tales oculorum inflammationes, & enchymoses causantur ab humoribus, siue sanguine extrauasato intrà cranij cauitatem ratione vasculorum disruptorum causâ præcedentis siuè concussionis, siue contusionis qua occasione non tantum noxium esset iam influxum humorem retropellere, sed adhùc peiùs sequeretur, quia, constrictis per medicamentum particulis ipsorum oculorum, impediretur motus ad extrinsecas partes sanguinem intrò diffusum extrinsecùs proijciendi.

Oculis enchymosi vexatis causa percussionis capitis non conueniunt repellentia.

In Thorace, & Abdomine, quamuis partes istæ ventres sint, & frequentiùs gaudeant calido, & contristentur frigido, necnon viscera nobiliora contineant; nihilominus si ab extrin-

trinſeco ictu vexentur, & inflammatio superueniat, conueniunt in principio mitiora refrigerantia, præſertim ſi phlebotomia fuerit celebrata, & febris abſit.

Placuit ſupradictos caſus recenſere, ipſoſque ſigillatim examinare, inquantùm apud Theoricos communitèr magni momenti, & perpetuæ veritatis reputantur, ac ſi nulla in ipſis facienda eſſet diſtinctio: Veruntamèn ſi eoſdem accuratà praxi ponderemus, dignoſcere certò certiùs poterimus repellentium vſum quaſi penitùs euitandum, & tantummodò locum habere poſſe in principio, & ſtatim ac quiſpiam in aliqua parte vel contunditur, vel vulneratur, dummodò tàm ipſa contuſio, quàm vulnus non contingant in aliqua parte, ad quam (ratione alterius morbi alicuius proximæ nobilioris partis) non cenſeatur vtile partem ipſam vulneratam intumeſcere: De reliquo verò (cum repellentia in principio conueniant & cum ipſis reſpiciendum ſit ad humores in vaſis contentos, & non extrauaſates) quotieſcumquè (teſte experientia ipſa) aliquis tumor ſuperuenit, non illicò aduocatur Chirurgus, ſed eo tempore, quo tumor eſt manifeſtus, & adeò adauctus, vel ſuppuratus, vt hoc tempore nullus adſtringentibus, & reppellentibns locus, & vſus reperiatur: Subiungendo inſupèr, quòd ſi excitentur tumores vitio humorum in qualitate, quòd cacochimiam, vel ſanguinis abundantiam, quam plethoram appellant, eo quia humorum vitio, humores ipſi ſi in aliquam partem expelluntur, & morbificè deponuntur, non debent intropelli medicamentis, donèc vel cacochimia, vel plethora, ſi non auferatur, ſaltem minua-

tur, & antequam Artis beneficio id (non dicám perfici) sed procurari possit, occasio necessariò præter lapsa est, materia extrà vasa, & tumor non ampliùs in principio, sed in termino, & facto esse reperitur.

Prædicti septem Galeni casus, adeò altè fixerunt in Medicorum, & Chirurgorum mente radices, vt easdem euellere non sit facile; Sed si qui sunt, quibus, quod diximus, non arrideat, vt interdùm ab ipso Galeno aliquatenùs recedere placeat, dignentur pacato animo ponderare ipsummet Galenum prædictas in tùmorum curatione sententias aperuisse ignorans verum sanguinis motum, & certò credens ipsum sanguinem in Epate generari, & per venas ab ipso Epate in vniuersas partes distribui, & transmitti, prout pluribus in locis ab eodem asseritur: Cum itaquè manifestum sit per nouitèr recognitam circulationem, motum sanguinis non ità se haberi, vt ipse crediderat, & docuerat, consequens est, falsissimum etiam esse quidquid ad sanguinis fluxiones inhibendas Galenus ipse fuerat philosophatus.

Galenus dùm loquitur de fluxionibus, & repellētium vsu excusandus, vt qui sanguinis circulationem ignorabat.

Quo verò ad tres Guidonis casus dicimus, toto Cœlo Guidonem aberrare, dum asserit repellentiá non conuenire, quando fluxio à primitiua causa promouetur, eò quòd per causam primitiuam, vt apud Chirurgos communitèr consuetum est, intelligi debet causa extrinseca, immo si vllo vnquàm tempore, & casu repellentia conueniunt, conueniunt profectò quando quilibet humorum affluxus ab extrinseca causa suscitatur.

Guido errat in tribus casibus, in quibus loquitur de repellētibus

Subiungit Guido in secundo suo casu, *Quando materia est admodùm impacta*, (sed

Bone

Bone Deus) cùm repellentia tantummodò locum habeant, etiàm secundum Veterum doctrinam, ad retropellendam materiam adhùc à vasis non emissam, sed in ipsis contentam, quomodò materia ista potest esse admodùm impacta in tumoris principio? Sin verò ipse intendit eandem materiam extrauasatam, & parti affixam, nèc Galenus nèc vllus est, qui proponat esse repellendam, nèc erat opus, quod tale superfluum documentum posuisset.

DENIQVE QVANDO MATERIA EST CRASSA, quod duplici modo debet considerari. Primò quando ex sui natura est talis, & talis per vasa defluit. Secundò quando ex sui paritèr natura talis non est, sed ab ipsis vasis emissa in aliquam partem congeritur: In primo casu medicamenta repellentia conueniunt, & quidèm *stiptictiora*, vt laxata ab ipsa materia vasa constringantur efficaciùs, & tumoris augumentum inhibeatur: Sin verò secundo modo ipsam materiam consideremus, nullo pacto repellentia conueniunt, nàm talia medicamenta (vt superiùs anuuimus) respiciunt fluentes in vasis, non extrà vasa coadunatos humores.

Vltimò examinandum remanet an antiquatus vsus applicandi albumen oui quassatum vel solum, vel pulueribus adstringentibus mixtum, ac stuppis collectum laudabile sit, rationabile, & vniuersale medicamentum applicandum vulneribus prima vice.

Scio in promptu mihi se se offerre vulgatum illud dictum quotidiano vsu roboratum, *recentis vulneris curationem consistere in oui albuminis applicatione prima vice*; Nihilominus

nus vtrum hoc communitèr in omnibus vulneribus conueniat, nècnè, summoperè dubitandùm: Pro comprobatione partis affirmatiuæ exponi possunt sequentes rationes. Quod cum ex vulnere sanguis effluat, debent frigida apponi ad ipsum sanguinem sistendum Hipocratis decreto in præsenti Aphorismo: Paritèr quòd quia in recentibus vulneribus debet prohiberi ne pars inflammetur, idcircò aptissimum est hoc frigidum, & constringens medicamentum. Insuper quòd in vulnere requiritur agglutinatio, ad quam operandam prædictum oui albumen non parùm prodest. Et deniquè quia albuminis vsus in talibus casibus antiquus iàm est, adeò vt necessariò non timendum quòd possit obesse, quia si damnosum fuisset recognitum, fuisset paritèr vetitum, immò cunctis numeris conceditur, & permittitur.

Albumen oui an debeat applicari vulneribus prima vice rationes affirmatiuæ.

Nihilominùs si prædictæ rationes, & argumenta intimiùs considerentur, & rationabiliori trutina ponderentur, in apertum exponetur non cunctis numeris esse comprobanda; Si namque examinemus frigida esse adhibenda quia à vulnere sanguis emanat; Responderi debet frigidum ad sanguinem sistendum conuenire, quotiescunque sisti debet, sed non conuenire ipsimet vulneri, nè discissæ partes refrigerentur, cùm vulneribus, & vlceribus frigidum sit inimicum: Concedimus prohibendum esse in vulneribus ne pars inflammetur, sed non proptèr hoc à tali frigido medicamento prohibetur inflammatio, quià constrictis spatiolis partium, & minimis venulis, prohibetur libera sanguinis circulatio, sicque ipso sanguine remorato in causa est, quòd

Albumen oui in vulneribus non cõuenit per expositas rationes.

pars

pars inflammetur, & præcipue si dolor tam à frigore talis medicamenti, quam ab exsiccatione quæ sequitur prædictarum stupparum magis augeatur, quæ exsiccatio non solum dolorem per se valet inducere, dùm diutiùs detinetur, & vt communitèr solet per horas viginti quatuor, sed etiàm ob gravem molestiam, quæ causatur in ipsarum stupparum ablatione.

Quo verò ad agglutinationem, quæ requiritur, & pro curari debet in parte vulnerata, & id, quod asseritur consequi posse vsu albuminis oui; Concedimus quotiescunquè vulnus exiguum sit, cutaneum, & curandum per agglutinationem, non autèm quando curandum per carnis generationem; In quo casu suppuratio citissimè procuranda iuxtà Hippocratis documentum *lib. de vlceribus Recentia vlcera omnia tùm ipsa, tùm ambientes partes minimè inflammatione tentantur, si quis quàm celerrimè ad suppurationem adducat;* intelligendo (vt aliàs expoluimus) pro *recentibus vlceribus*, quod nos vulnera vocamus. Et multò minùs asserimus hoc medicamentum conuenire, quando reperiatur vulnus in partibus tendinosis, & neruosis, quià frigidum ipsis est inimicum, nec tutum est in ipsis partibus curationem instituere per agglutinationem.

Vlcera recentis suppuratione indigent.

Recentia vlcera apud Hippocratem sunt vulnera.

Nèc valet tandèm proponere antiquum albuminis ipsius vsum, nam posset pariter responderi ex ipso plurima damna contigisse, quæ nùnc recensere non placet, & concludendum rationibus medicis potiùs fuisse toleratum, quàm rationabilitèr adhibitum, & talis tolerantiæ causam si perpendamus, respondere possumus, & debemus, quod cum

Albuminis oui vsus in vulneribus tolleratus potius, quàm laudatur.

vulnera affectus sint accidentales, frequentes, & repentini, itaut instantaneam curationem exposcant, quæ probabile est semper operari non posse à Professoribus Chirurgis, permittendum est præsidium, quòd magis ad manus reperiatur, nempè & stuppa, & oui albumen: De reliquo nunquàm ipso vtendum nisi in vulneribus valorum sanguiferorum maiorum, vel vbi magnus imminet hæmorrhagiæ timor; In alijs verò vulneribus si per glutinum sint curanda, alia glutinantia magis opportuna reperiantur; & si instituenda curatio per carnis generationem, anodina, & digestiua in vsu sint, prout opportuna poterint iudicari, cum nostrum nùnc non sit vulnerum curationem proponere, sed tantùm (vt fecimus) exponere damnosum hunc communem nimis albuminis oui stuppis excepti vsum.

Albumine oui quandò rationabiliter vtendū in vulneribus.

SEZIONE QVINTA.

AFORISMO XXIII.

Si hà da vsare il freddo in quelle parti di doue esce, ò è per vscire il sangue, non applicandolo ad esse parti, mà intorno ad esse di doue il sangue esce, & in qualsiuoglia luogo doue si osseruano infiammazioni, ouero come incalescenze, che dimostrino rossore, ouero abbrugiamenti; applicandolo alle parti medesime, imperoche alle infiammazioni antiche induce negrezza: Giona ancora all'eresipela non vlcerato, mà nuoce all'esulcerato.

AVeùa nelli Aforismi superieri insegnato Ipocrate gl'vtili, e nocumenti del caldo, e del freddo; Et acciò il Chirurgo non temesse troppo li danni del medesimo freddo, e si astenesse dall'vsarlo, e l'auesse in abborrimento; Finalmente in questo Aforismo, & in alcuni altri, che seguono propone gl'vtili, che si ritrahono dal freddo, e manifesta quando conuenga l'vsare il detto freddo, con queste parole.

SI HA DA VSARE IL FREDDO IN QVELLE PARTI DI DOVE ESCE, O E PER VSCIRE IL SANGVE. Essendo proprietà del freddo il condensare, meritamente

mente dobbiamo seruirci del detto freddo in quelle parti doue presentemente esce, ouero habbiamo sospetto, che il detto sangue sia per correre, ò vscire, perche per opera del medesimo freddo il sangue istesso non solo si raffrena, e si rende piu tardo al moto, mà ancora venendo à constringersi li vasi, e porosità delle parti, non viene facilmente permesso il concorrere di detto sangue: Soggiunge dopo.

NON APPLICANDOLO AD ESSE PARTI, MA INTORNO AD ESSE, DI DOVE IL SANGVE ESCE. Suppone Ipocrate in questo caso vna manifesta soluzione del continuo, conforme osseruiamo nelle ferite, e nell'vlceri, nelle quali alcune volte (mà più frequentemente nelle ferite) suol accadere la detta effusione di sangue: Loda (dico) in questi casi l'vso de refrigeranti, mà biasima, e prohibisce, che non si applichi vn tal medicamento all'istessa ferita, ò vlcere, essendo il detto freddo inimico all'vlceri, con il qual nome di *vlcere* hanno da intendersi ancora le ferite: Laonde chiamato che è il Chirurgo alla cura di qualche morbo di simil sorte adopri medicamenti freddi, come intercipienti, applicandoli alle parti vicine, mà s'astenga d'applicarli immediatamente sopra l'istessa, ò ferita, ò vlcere; Mà deue intendersi del freddo alquanto intenso, e non del più mite.

Medicamento freddo non deue applicarsi alla parte ferita, & vlcerata, mà alle parti vicine.

ET APPLICARLO IN QVALSIVOGLIA LVOGO DOVE S'OSSERVANO INFIAMMAZIONI, OVERO COME ABBRVGIAMENTI, CHE DIMOSTRANO ROSSORE, OVERO INCALESCENZE, APPLICANDOLO ALLE PARTI ME-

DE-

DESIME. Il Freddo come diametralmente contrario al caldo è certo, che conuiene in tutti gl'affetti caldi, ogni volta però, che l'istesso caldo, ò dir vogliamo intemperie calida, si consideri o con materia, ò senza materia; Mà ponendoui quelle parole *fatte di fresco* auertisce, che non conuiene sempre, ma solo alli recenti, e non inuecchiati rossori, & infiammazioni: Prosegui sce poi.

Freddo come cõtrario al caldo cõuiene negli affetti caldi.

IMPEROCHE ALL'INFIAMMAZIONI ANTICHE INDVCE NEGREZZA. Nel qual caso considera l'infiammazione già fatta, e la materia di già estrauasata, e perciò è impossibile, che il freddo possa giouare, imperoche tale materia come che alquanto più crassa, & vscita fuori de vasi, non solo non può spingersi di nuouo dentro li detti vasi, mà condensata maggiormente, e condensate ancora le parti più sottili di detta materia viene ad essere cagione, che per opera del freddo si trasmuti in negrezza, e di più l'istessa parte si disponga alla Gangrena.

Freddo cagiona nigrore all' infiammazioni antiche, e perche.

GIOVA ANCORA ALL'ERESIPELA NON VLCERATO, MA NVOCE ALL' ESVLCERATO. Se si consideri l'eresipela semplicemente come eresipela, cioè affetto caldo, certo è che il freddo li è contrario, e per conseguenza gioueuole in quanto spetta alla cura, mà perche alcune volte auiene, che l'eresipela sia esulcerato, in tal caso il freddo conuiene in quanto, che il morbo è eresipela, mà non conuiene per causa dell'esulcerazione, perche *il freddo* secondo il medesimo Ipocrate è *inimico all' vlceri*.

RI-

RIFLESSIONE.

Nel considerare questo Aforismo ritrouo douersi ben ponderare due difficoltà di grandissimo momento nella Chirurgia: Consiste la prima nel fermare l'emorrhagia: L'altra poi intorno all'applicazione del medicamento freddo, e repellente nel principio de tumori, & in particolare del flemmone.

Circa alla prima esporremo due difficoltà, delle quali la prima è *Se in quel subito che tal'vno è ferito debba fermarsi il sangue, ouero abbia più tosto da permettersi, che ne esca vna moderata quantità.*

La seconda se l'vsanza di applicare la chiara d' ouo sbatturo ò per se solo, ouero con mescolanza di polueri astringenti imbeuendone ò stoppa, ò filacci, ò pezze sia metodo, e regola lodeuole, e in tutti i modi da concedersi.

In quanto alla prima è manifesto per ragione, & esperienza, che le ferite difficilmente si curano ogni volta che alla parte ferita sopraviene l'infiammazione; la qual infiammazione accade, perche seguita che è la soluzione del continuo nelle particelle del membro ferito, e rotti li vasi sanguiferi delle dette particelle non può debitamente riassumersi, e tornare à circolare il medesimo sangue; Secondariamente li detti piccioli vasi, mentre à causa del dolore si corrùgano, e si contristano le particelle neruole, ne segue che più venghino ristretti li vasi venosi, che dourebbero riassumere il detto sangue, e per conseguenza rimanendo il detto sangue nelli angusti spazij, e po-

Infiammazione in qual modo e perche sopravēga alle ferite.

porosità delle parti vicine alla ferita, quiui
oi contrahe incalescenza, si dispone al putre-
rsi, e viene causata l'infiammazione.
Se dunque subito che tal'vno è ferito si fer-
a il sangue, segue più facilmente il sudetto
commodo, e pericolo dell'infiammazione,
quale infiammazione non soprauenebbe,
uero soprauerrebbe minore, e meno peri-
olosa, se il corpo fosse allegerito dalla ple-
oria, con permettere, che il detto sangue
sse vscito in maggior quantità dalla ferita
bito che fù fatta; il che è molto ragioneuo-
, e viene prouato con l'esperienza quoti-
iana da Pratici: Noi parimente abbiamo ac-
ennato tutto questo *nel lib. 2. della nostra Ana-
mia Chirurgica riformata cap. 2. pag. 131.*
erciò ogni volta che accadono ferite, & in
articolare in corpo giouane Pletorico nu-
rito di cibi assai calidi, e copiosi vino gene-
olo, in tempo d'estate, & in paese assai caldo
cosa pessima nelle ferite fermare il sangue
on celerità, anzi è cosa buonissima se si di-
minuisca la pletoria permettendo l'vscirne in
bondanza, e venga in tal modo raffrenato
feruore del medesimo sangue causato tanto
ragione dell'età, quanto del temperamen-
o, del luogo, e stagione estiua; Ne vale ri-
pondere altrimente con dire, che se bene in
uel subito si stagna il sangue dalla ferita,
otrà poi mediante la flebotomia euacuarsi da
ltra parte; Imperoche può seguire, che
uesta seconda euacuazione artificiosa non
iesca tanto vtile, stanteche può accadere
& è ragioneuole) che in qualche parte, e
pecialmente interna segua il non libero cir-
olare del sangue, per causa di qualche len-
tescen-

Fermar subito il sangue nelle ferite, è male, e perche.

tescenza di esso, causata particolarmente da passione d'animo melancolica; dalle quali passioni melancoliche si come è certo, che tutti gl' infermi communemente vengono afflitti, è cosa certa, che molto più vengono trauagliati li feriti, tanto per causa del timore, che hanno di morire, quanto à ragione dell' accensione della bile indotta dall'irascibile passione dell' animo.

E però vero, che in questo caso sono da scusarsi li Chirurghi, se non permettono sul bel principio, che il sangue esca liberamente dalle ferite, e subito lo fermano, perche gl'astanti, & in particolare li Padre, e Madre, gl' altri parenti, ò amici del ferito non essendo capaci d'intendere questa soda dottrina, e prattica, e vedendo con disturbo dell animo l' vscir molto sangue, si danno a credere, che il di loro caro Paziente sia per morire in breue; Ouero, se venga à morire doppo qualche tempo per causa di essa ferita, infamano, e calunniano il medesimo Chirurgo dicendo, che esso è stata la cagione della morte, perche hà ritardato à fermare il sangue, e l'ha ridotto ad vn estrema debolezza di forze.

Acciò dunque in questi casi per così fieuole ragione non veniamo a prohibire la necessaria effusione di sangue, il prudente Chirurgo ammaestrato, & armato di tal dottrina auertisca li genitori, parenti, & amici, ò altri che si trouino presenti, e li renda capaci qualmente in questi casi è necessario non fermar subito il sangue, acciò non soprauenghino l' infiammazione, la febre, & altri accidenti; concludendo finalmente che il lasciare vscire il sangue tanto abondantemente non è ne

igno-

gnoranza, ne inauertenza, mà artificio, e rudente consiglio dell' Arte, sostenuto dall' sperienza, & autorità d' Ipocrate, il quale el *libro dell' vlceri*, che in questo luogo deue tenderſi delle ferite, da lui chiamate vlceri ecenti, così inſegna: *Fà biſogno in ogni Vlce e fatto di freſco*, cioè ferita, *laſciar vſcire il angue più, ò meno, purche non ſia in qualche auità*, cioè Ventre; *Imperoche per lo più im edisce, che tali vlceri non diuenghino vmide, e on s'infiammino.*

Ne corpi poi de Vecchij, & aſſai deboli ſia ollecito nel fermare il ſangue & in altri di nediocre condizioni ſe la paſsi con medio- rità.

Mà veniamo alla ſpiegazione della ſeconda ifficoltà, cioè ſe ſecondo la dottrina Ipocra- ica nell' infiammazioni roſſeggianti debba tilmente vſarſi il medicamento freddo: Per nodare tale queſtione fà biſogno primieramen- e intendere, che è l'iſteſſo applicare medica- nento refrigerante all'infiammazioni, che il ri- ercuotere; Mà perche communemente viene nſegnato dalli Autori, che nel principio de tu- nori, & in particolare dell' infiammazione, onuengono li medicamenti repellenti, nulla- lmeno di commune conſenſo, ſecondo la dot- rina Galenica, vengono eccettuati ſette caſi opoſti dal medeſimo Galeno; nelli quali non onuiene il medicamento freddo, e repellen- e: Quali caſi ſono li ſeguenti.

Galeno prohibiſce l' vſo de repellenti nell' infiammazioni in ſette caſi notati inferiormente.

Il primo quando la materia corre alle parti emuntorie, ouero glandole, & in particolare quelle, che ſono dietro, ò ſotto l'orecchie, elle quali ſi riceuono gl' eſcrementi del ca- po: Parimente à quelle ſotto l' aſcelle; che

ſono

ſono emuntorij del cuore; E finalmente nell' inguini, che ſi chiamano emuntorij del Fegato; Poiche non ha da ripercuoterſi da queſte parti la materia alle parti prencipi *cap. 2. lib. 3. per loca*.

Il ſecondo caſo è, quando fluiſce materia velenoſa, come auiene nel Carbone, e Bubone peſtilente *nel luogo ſopracitato*; Il che dobbiamo ancora intendere del Bubone gallico.

Terzo. Quando la materia corre criticamente *comm Aphor. 21. ſect. 1.* ſtanteche non dobbiamo far moto contrario alla natura, che opera bene; Anzi ſe queſto moto non ſarà ſufficiente dobbiamo più toſto aiutar la natura, e fare attrazione alla parte.

Quarto. Ci aſterremo da repellenti quando ſi cagiona fluſſione in corpo cacochimo, ouero pletorico *cap. 2. lib. 3. per loca*.

Quinto. Quando la parte, alla quale corre la materia, è troppo debole, acciò dalla frigidità del medicamento repellente non venga diſtrutto il poco calore di eſſa parte *cap 6. lib. 13. meth cap. 7. lib. 6 per loca*.

Seſto. Quando il dolore è molto grande, imperoche in tal caſo più toſto ſi hà da lenire, e mitigare il dolore con gl'anodini, che eſaſperarlo con li repellenti *cap. 2 lib. 2. ad Glaucon*.

Settimo finalmente. Quando la fluſſione corre vicino à qualche parte prencipe, come nell' ereſipela nella faccia, ouero nel collo, poiche non hà da ripercuoterſi la materia, acciò non cagioni trenitide, ouero angina, ò altro affetto ſimile.

Alli quali ſette caſi Guidone ne aggionge altri

altri tre, *cioè se la flussione sarà fatta da causa primitiua. Se la materia sarà impatta, e fermata nella parte. Se la materia sarà crassa.*

Guidone aggiunge tre casi alli sette proposti da Galeno ne quali non conuengono li repellenti all'infiammationi.

quam sint tumores duri à crassiori, duriori, & rebelliori materia inducti, quià quò tenuior materia, eo est mobilior, & domabilior, & quò crassior, eò contumacior iudicanda; Non tamèn talis doctrina adeò cunctis numeris; & perpetuæ veritatis est attendenda, & reputanda, quandoquidèm tumoris ipsius est recognoscenda conditio, vtrum scilicèt materia, ex qua constituitur tumor, sit vel facilioris, vel difficilioris coctionis; Sint in exemplum tumor aquosus, vel flatuosus, simulque ipse phlegmon: Ratio, & experientia docent tumores omnes tam flatuosos, quam serosos in causa habere debilitatem naturæ non tantùm in toto corpore, sed multò magis in ipsa parte tumefacta, vndè sequitur quòd difficillimum sit corpus ipsum in communi, & partem ipsam tumidam in particulari ab ipsis vitiosis humoribus liberari; & viscerum eosdem humores generantium vitia corrigere, & auferre, proùt experientia demonstrat, quòd tales tumores longissimæ & difficilis curationis sint, eò quia materia ipsa non potest nec discuti facilè, nec ad suppurationem perduci, neque pars in pristinum robur integrari; Ipse verò phlegmon (dummodò non admodùm sit magnus) quanquam duritiem, & aliqualem ad tactum renitentiam retineat, nihilominùs, quià materia, à qua causatur, defacili dissolui, & discuti, vel supputari potest (etiamsi necessariò sequatur interdùm tumoris artificiosa apertio) attamèn quià tandèm succedit sanatio, & hæc breuiori tempore, quam discussio, & absumptio in tumoribus vel flatuosis, vel serosis, sempèr flegmon ipse, licèt comparatiuè ad alios, quos nominauimus, tumores sit

Tumores aquosi, & flatuosi licet molles attamen non boni.

Phlegmon licet durior tumore flatuoso & aquoso, at tamen est melior.

durior,

durior, melior est iudicandus: Ita pariter supponamus quempiam laborare ædemate symptomatico, puta, in corpore cacochimo, vel in præsentia hydropico, vel ad hydropem inclinante, & pariter alium ægrotum laborantem leui, vel mediocri, quò ad magnitudinem, phlegmone; In hisce casibus considerare debet Chirurgus, quòd peioris conditionis iudicandus est ille tumor ædematosus, quàm phlegmonosus in alio, licet prior sit mollis, alter verò durior.

Placuit prædictas distinctiones, & tumorum differentias afferre, ne iuniores Chirurgi non intimiùs hunc Aphorismum considerantes, & obseruantes tumores molles, vt sunt serosi, flatuosi, & ædematosi, crederent bonos, quia molles, & peiorem phlegmonem veluti aliquatenus durum.

Tumores molles bonos, duros malos, quos intelligat Hippocrates.

Sed genuinus sensus Hippocratis in hoc Aphorismo est, tumores molles omnes esse intelligendos bonos, & meliores duris, quos malos appellat, vt sunt Strumæ, Scirrhi, Cancri, Exostoses, hoc est tumor in ipsa ossis substantia, & huiusmodi.

SEZIONE QVINTA.

AFORISMO LXVIII.

Li Tumori molli sono buoni, e li duri cattiui.

ESsendo che li tumori, che si generano dagl'vmori siano varij, e di più specie, secondo che è diuersa la condizione delli detti vmori, da quali vengono fatti: quindi Ipocrate per insegnare che cosa debba prognosticarsi nelli tumori, ogni volta che habbia da prendersi il giuditio ò dalla molitie, ò dalla durezza, conclude, che li molli sono buoni, e li duri cattiui; Stanteche dice che li molli souo buoni, il che deue intendersi comparatiuamente, e non assolutamente buoni, perche essendo affetti morbosi sempre sono cattiui, mà sono buoni, cioè meno cattiui di quello, che siano li tumori duri fatti da materia più dura, e più rebelle, perche quanto è più tenue la materia, tanto più è mobile, e domabile, e quanto è più crassa, tanto più contumace hà da giudicarsi.

Non ha però tal dottrina da tenersi assolutamente di perpetua verità, poiche deue riconoscersi la conditione del detto tumore, cioè se la materia, dalla quale vien fatto, sia di facile, ò più difficile concozzione: Seruino per essempio vn tumore aquoso, ò flattuoso, e parimente l'istesso flemmone; Insegnano la ragione, e l'esperienza, che tutti li tumori

tanto

tanto flattuosi, quanto sierosi hanno per causa la debolezza della natura, non solo in tutto il corpo, ma molto più nella parte istessa tumefatta; Onde ne segue che difficilissimo sia il liberare in generale il corpo tutto, & in particolare l'istessa parte dalli detti vmori viziosi, e leuar via il vizio delle visceri, che producono li sudetti vmori; Nel modo che ce lo dimostra l'esperienza che, tali tumori sono di longhissima cura, à causa che la detta materia non puole ne facilmente discutersi, e risoluersi, e ridursi à suppurazione, ne reintegrarsi la parte della sua pristina robustezza; Ma il flemmone (purche non sia assai grande) ancorche ritenga qualche durezza, e renitenza al tatto, nulladimeno perche la materia, dalla quale vien fatto, puole facilmente disciogliersi, risoluersi, ò suppurare (ancorche segua alcune volte, che si faccia con l'arte incisione, & apertura) nulladimeno perche finalmente segue che il Paziente guarisce, & in più breue tempo di quello, che segua la discussione, & il dissiparsi della materia nelli tumori ò flatuosi, ò sierosi, sempre il detto flemmone, benche comparatiuamente all'altri, che abbiamo detto, sia più duro, hà da giudicarsi megliore: Così parimente suppo- niamo, che tal vno patisca d'edema sintomatico (per essempio) in corpo cacochimo, ò presentemente Idropico, ò disposto all'Idropisia, e parimente vn altro Paziente molestato da vn picciolo, ò mediocre flemmone; In questi casi deue considerare il Chirurgo, che hà da giudicarsi di peggior condizione quel tumore edematoso del flemmonoso, benche il primo sia più molle, & il secondo più duro.

Tumori acquosi, e flatuosi ancorche molli, non perciò buoni.

Flemmone ancorche più duro del tumore acquoso, e flatuoso, nulladimeno è megliore.

Ci è piaciuto portare le predette distinzioni, e differenze de tumori, accioche li Chirurghi più giouani, non considerando più in dentro quest' Aforismo, & osseruando li tumori molli, come sono li sierosi, flatuosi, & edematosi, non li credessero buoni, perche sono molli, e peggiore il flemmone, perche è alquanto duro.

Tumori molli buoni, duri cattiui, quali intenda Ipocrate.

Ma il vero senso d'Ipocrate in questo Aforismo è, che li tumori molli debbono intenderli buoni, e migliori delli duri, che esso chiama cattiui, come sono le strume, i Scirrhi, li Cancri, l'Esostosis, cioè tumore nella sostanza dell'osso, e simili.

SECTIO SEXTA.

APHORISMVS IV.

Vlcera circumglabra praua sunt.

Quotiescunquè in vlcere obseruantur vicinæ partes pilis destitutæ, vlcus illud iudicandum est prauum, non ratione partis, sed vitio humoris, vt docet Hippocrates; Ratio est, quià pilorum decidentiam causari necessariò credendum ab humoribus corrosiuis, salinis, & coctioni renitentibus, & per consequens prauis, & prauum vlcus constituentibus; Sed hoc totum locum habet, quando vlcus est in parte, ex qua pili solent emanare, vel in corpore admodùm hirsuto, & in quo pili reperiuntur etiam in partibus illis, in quibus communitèr alia corpora pilos non

Vlcera circumglabra quare praua.

emit-

emittunt, cùm (vbicunque talis pilorum decidentia circa partes vlceratas repetiatur) semper ex vitiosis, & corrodentibus humoribus causetur.

SEZIONE SESTA.

AFORISMO IV.

L'vlceri, à quali intorno sono caduti li peli, sono praui.

OGni volta che nell'vlceri si osseruano le parti vicine senza peli, tal vlcere deue giudicarsi prauo, non per cagione della parte, ma per l'vmore vizioso, come Ipocrate insegna; La ragione è, perche il cader de peli necessariamente ha da credersi esser causato da vmori corrosiui, salini, e renitenti alla digestione, e per conseguenza di praua natura, e che cagionino vlcere prauo; Ma tutto questo hà luogo quando l'vlcere è in parte, che soglia essere ricoperta di peli; ouero in corpo molto peloso, e che li detti peli trouinsi ancora in quelle parti, nelle quali communemente negl'altri corpi non sogliono essere, essendo (douunque si sia tal cascamento de peli intorno alle parti vlcerate) sempre causato da vmori viziosi, e corrosiui.

Vlceri alle quali intorno cadono i peli, perche sijno praue.

SECTIO SEXTA.

APHORISMVS VIII.

Aqua inter cutim laborantibus, vlcera in corpore facta, difficultèr sanantur.

Quare vlcera in Hidropicis difficilis sint curationis.

VT vlcus sanetur exsiccatione opus est; quæ quidèm exsiccatio, non tantùm difficilis, verùm frequentiùs impossibilis redditur in corporibus hydrope affectis, quià cum plurima serositate afficiantur, sequitur quòd ex ipsa serositate ad partem vlceratam tendente, nequeat vlcus exsiccari, serosæ humiditatis accursus inhiberi, & paritèr per consequens difficillima sit eorundem vlcerum sanatio.

SEZIONE SESTA.

AFORISMO VIII.

L'Vlceri, che nascono nelli corpi degl'Idropici difficilmente si sanano.

per qual causa le Piaghe negl'Idropici siino difficili da curarsi.

ACciò l'Vlcere si sani, si richiede l'essiccazione, la quale essiccazione non solo si rende difficile, ma per l'ordinario impossibile nelli corpi degl'Idropici, perche essendo ripieni di copiosa sierosità, n' auiene, che per causa della detta sierosita, non possa l'vlcere

re efficarsi, e proibirsi il concorso di detta sierosità alla parte, e parimente per conseguenza sia difficile la sanatione di tali vlceri.

SECTIO SEXTA.

APHORISMVS IX.

Latæ pustulæ non admodùm pruriunt.

PVstulæ sunt cutaneæ affectiones, quas exanthemata etiam veteres dixere; Ex his aliæ fiunt à materia calidiori, & maiori impetu extratendente, & acutiorem tuberculum causante, quæ quidem materia cum plurimas salinas particulas contineat, hinc est, quòd pruritum inducat; Altera verò materia, ex qua ista exanthemata suscitantur, solet esse serosa, mitis, & non salina, & superficialiter expanditur, latas pustulas inducens, & non acuminatas; quia verò talis materia salinis particulis non scatet, idcirco mitior est, nec pruritum magnum excitat.

Pustulæ quæ dicantur.

Pustulæ quæ, & quare pruriant.

Latæ pustulæ quare non pruriant.

SEZIONE SESTA.

AFORISMO IX.

Le pustule larghe non cagionano gran prorito.

Pustule, quali tubercoli si chiamino.

LE pustule sono affetti cutanei, che dagl' Antichi furono parimente detti *exanthemi*; e di queste, altre sono fatte da materia più calida, e che si spinge al di fuori con maggior impeto, e cagiona tubercolo più acuminato, la qual materia perche ritiene molte particelle saline, da questo nè deriua ch'apporti prorito; L'altra materia poi dalla quale si fanno questi exanthemi suol essere sierosa, mite, e non salina, e si spande superficialmente generando pustule larghe, e non acuminate, e perche questa materia non abonda molto di tali particelle saline, perciò è più piaceuole, e non cagiona gran prorito.

Pustule quali, e perche cagionino prorito.

Larghe pustule perche non dyno prurito.

SE-

SECTIO SEXTA.

APHORISMVS XVIII.

Vesica discissa, aut Cerebro, aut Corde, aut Præcordijs, aut aliquo ex tenuioribus intestinis, aut Ventriculo, aut Iecore, lethale est.

SVmma est necessitas benè dignoscendi quantum in hoc Aphorismo docet Hippocrates, vt Chirurgus quid præsagiendum, quidue operandum intelligat in talium partium vulneribus.

Dicit itaque Hippocrates læthalia esse vulnera Vesicæ, Cerebri, Cordis, & Præcordiorum, deinde tenuiorum Intestinorum Ventriculi, & Iecoris.

Nos exponemus primò causas, ex quibus manifestabimus cur vesicæ, Intestinorum præcipuè tenuium, & Ventriculi vulnera læthalia sint; Deindè verò aliarum partium vulnerum prognostica examinabimus, & hoc faciemus, quia tam Vesicæ, quam Intestinorum, & Ventriculi, licet varium sit münus, attamen vniformis est substantia membranosa, & neruosa, nec non talium partium conditio est, materias ad communem necessariam æconomiam recipere, & transmittere, simulque distensione, & constrictione ad proprium munus necessitas, Cum Vesicæ officium sit vrinaceum excrementum à renibus per vreteres delatum excipere, ipsumque per aliquod temporis

poris spatium detinere, & tandem extrudere; Intestina verò, & Ventriculus vtpotè partes alimento excipiendo, retinendo ad debitam eiusdem alimenti, tam solidi, quam fluidi, coctionem destinatæ, non possunt in debita quiete conseruari, et quod modo extensioni, modo constrictioni subijci debent; Idcirco cum ad partium dissolutarum vnionem quies sit necessaria, & talis quies in hisce partibus nullo modo contingere, & sperari possit, sequens est, quod nequeant vniri, quoties ratione vulneris sunt discissæ.

Quies partis necessaria ad agglutinationem.

Sed vrget magis, atque magis altera ratio, quæ consistit in ipsarum partium neruacea substantia, quæ non gaudet tam vberiori glutinoso humore ad sanationem necessariò, & cum partes nerueæ sint, ac si à primò primi eorundem viscerum substantiam, & structuram à cerebro oriundam recognoscere legibus anatomicis cogamur, fieri nullo modo potest, quod partibus istis quomodolibet grauiter offensis, & in casu nostro vulneratis, per consequens sympatice Cerebrum ipsum non afficiatur, ex cuius affectionibus sensu, motuque vniuersali corporis euerso, tota pariter non corruat, & collabatur Microcosmi prouincia.

Neruosæ partes non facilè glutinantur.

Neruosæ partes sunt substantia Cerebri continuata.

Quod vt adhuc clarius demonstremus, consideremus amabo necessarium simpliciter Cordis motum ad sanguinem, spiritumque impellendum per totum corpus, ad viuificationem, & nutritionem, simulque verissimam Hippocratis doctrinam. *Cor musculum esse robustissimum*, & duobus ventriculis cauum, sequitur per consequens, quod Cerebro grauiter læso, lædantur pariter nerui, vtpotè par-

Cor musculus cauus robustissimus.

tes

tes ex ipsissima cerebri substantia productæ à quorum nonnullis neruulis ipsum Cor, vt musculus dimouetur, hinc est, quòd læsis Cerebro, & neruis, sequitur, quod Cor debito modo moueri nequeat, & hoc immediato impedimento adueniat paritèr necessarium consequens, sanguinem ipsum non posse debito modo distribui, recrementa in partes excretioni dicatas extrudere, & à partibus nonnullis quasdam vtiles substantias reassumere; Quibus de causis totum fluidorum genus necessariò conspurcatum remanet, & tota corporis prouincia non nisi tumultuosè nutriri, & substentari potest; quibus omnibus rationibus non tantùm diutiùs conseruari nequit, immò necessariò collabi, & mortem contingere necesse est.

Quare cerebro læso lædatur, & Cor.

Quò verò ad Precordia, aut Iecur, explanare priùs debemus quidnam pro præcordijs sit intelligendum: Dicimus itaque præcordiorum nomine intelligi debere partes Cordi proximas, ratione propinquitatis localis, videlicet vicinitatis situationis, & partes hasce præcipuè reputandas Diaphragma, Mediastinum, & Pæricardium, quæ partes omnes non tantùm nequeunt coalescere ratione substantiæ membranaceæ, & neruosæ, sed vlteriùs quià ad Thoracis, & ipsius cordis motum consequtiuè dimouentur, nec non quiete ad sanationem necessaria priuantur:

Quæ partes præcordiorum nomine intelligantur.

In quantum ad Hepar vulnera ipsius vt plurimùm læthalia sunt, non quià Viscus hoc (vt Veteres credidere nonnulli) pars princeps sit, sanguinis officina, spirituum, & facultatum naturalium fons, & scaturigo, sed quià in ipso viscere plurima, & magna qui-

dem

dem sanguifera vasa reperiuntur, quibus vulneratis, & disruptis nequit hæmorrhagia cohiberi, quandoquidèm topica non possunt admoueri remedia; De reliquo verò si Hepatis ipsius consideretur structura, ex accuratissima Malpichij obseruatione Viscus est glandulosum, minutissimisq; glandulis constitutum ad bilis à sanguine secretionem efformatum, & sicuti aliæ partes glandulosæ in alibi partibus vulneratæ sanantur, dùmmodò vasa maiora per ipsas perreptantia non vulnerentur, ità pariter ipso Hepate vulnerato quotiès vasa, & præcipuè grandiuscula, vel maiora non abscindantur, potest etiàm sperari, & consequi sanatio.

Hepar Viscus glandulosum.

Hepatis vulnera, quæ, & quare læthalia.

ANIMADVERSIO.

At quià occasione supradictarum partiùm vulneratarum, earumdem partium vulnerum secundùm Hippocratis mentem prognosim exposuimus; nùnc exponemus quid præsagiendum in vulneribus aliarum etiam partium internarum secundùm & Hippocratis ipsius, & Celsi alterius Hippocratis latini mentem *lib. 25. cap. 26.* Sed in Celsi doctrina non tantùm desumendum venit prognosticum; verùm etiàm diagnostica signa proponuntur, videlicèt accidentia vulneratis partibus superuenientia, ex quibus accidentibus deuenire in cognitionem potest Chirurgus, quænam vulnerata sit pars, quod summoperè necessarium pro certo habendum, tàm ad exponendum, quæ pars vulnerata sit, quàm quid de futuro euentu præsagiendum, quidque (in quantum possibile ex arte est) ad vulnerati salutem debeat operari.

Nemo

Nemo ex Auctoribus (quòd sciam) examinauit, nec exposuit causas, quarê in prædictarum partium vulneribus talia, & quidêm diuersa contingant symptomata, cum arduum sit profectò, intimiora hæc naturæ arcana reuelare; Nihilominus visum est nobis diuturna Cadauerum lectione confisis aliquid si non absolutè verum, saltèm rationi consonum propalare: Summa itaque in talibus vulneribus diagnosis, & prognosis sequens est.

Igitur Corde percusso sanguis multus effertur, venæ languescunt, color pallidissimus, sudores frigidi, maliquè odoris tanquam irrorato corpore oriuntur, Extremisque partibus frigidis matura mors sequitur.

Pulmone vero icto spirandi difficultas est, sanguis ex ore spumans, ex plaga rubens, simulque etiàm spiritus cum sono fertur: In vulnus inclinari iuuat; Quidam sine ratione consurgunt: Multi si in ipsum vulnus inclinati sunt, loquuntur, si in aliam partem obmutescunt.

Iecinoris autèm vulnerati notæ sunt, multus sub dextra parte præcordiorum profusus sanguis, ad spinam reducta præcordia, in ventrem cubandi dulcedo, punctiones, doloresque usque ad iugulum, iunctumque ei latus scapularum, os intentum; Quibus nonnunquam etiam biliosus vomitus accedit.

Renibus verò percussis dolor ad inguina, testiculosque descendit, difficultèr vrina redditur, eaque aut cruenta est, aut cruor fertur.

At Liene icto sanguis niger à sinistra parte prorumpit, præcordia cum ventriculo ab eadem parte indurescunt, sitis ingens oritur, dolor ad iugulum, sicut iecinore vulnerato, venit.

At cum vulua percussa est, dolor inguinibus &

coxis,

çozis, & femoribus est, Sanguinis pars per vulnus, pars per naturale descendit; Vomitus bilis insequitur; Quædam obmutescunt; Quædam mente labuntur; Quædam sui compotes neruorum, oculorumque dolore vrgeri se confitentur; Morientesque tandèm, eadem quæ corde vulnerato patiuntur.

Sin Cerebrum, membranaue eius vulnus accepit, sanguis per nares, quibusdam etiam per aures exit, fereque bilis vomitus insequitur; Quorundam sensus obtunduntur, appellatique ignorant; Quorundam trux vultus est; Quorundam oculi quasi resoluti hùc, atque illùc mouentur, ferèque tertio, vel quinto die delirium accedit: Multorum etiàm nerui distenduntur; Antè mortem autèm plerique fascias, quibus caput deligatum est, lacerant, ac nudum vulnus frigori obijciunt.

Vbi stomachus autem percussus est, singultus, & bilis vomitus insequitur. Si quid cibi, vel potionis assumptum est, id redditur citò. Venarum motus elanguescunt, sudores tenues oriuntur, per quos extremæ partes frigescunt.

Communes vero ieiuni intestini, & ventriculi vulnerati notæ sunt; Nam cibus, & potio per vulnus exeunt, præcordia induréscunt; nonnunquam bilis per os redditur; Intestino tantùm sedes inferior est. Cetera intestina icta vel stercus, vel odorem eius exhibent.

Medulla verò, quæ in spina est, discissa, nerui resoluantur aut distenduntur, sensus intercidit. Interposito tempore aliquo sine voluntate inferiores partes vel semen, vel vrinam, vel etiàm stercus excernunt.

At si septum transuersum percussum est, præcordia sursùm contrahuntur, spina dolet, spiri-

tus

s rarus est, sanguis spumans fertur.
Vesica verò vulnerata, dolent inguina; Quod per pubem est intenditur; pro vrina sanguis, ut ex ipso vulnere vrina descendit; Stomachus fficitur, itaque aut bilem vomunt, aut singul-unt, frigus, & ex eo mors sequitur. Hæc Celsus.

Igitur Corde percusso sanguis multus effertur, venæ languescunt, color pallidissimus, sudores rigidi, malique odoris tanquam irrorato corpore riuntur, extremisque partibus frigidis matura ors sequitur?

Cordis vulnerati signa quæ & quare contingāt.

IGITVR CORDE PERCVSSO SANGVIS MVLTVS EFFERTVR. Cor muscu-us robustissimus ex Hippocrate, qui cum ne-essaria, & perenni moueatur dyastole, & sy-tole, ac duobus ventriculis dextero, & sinistro t excauatus, principium iure meritò sangui-is elaborationis, & circulationis, ac vitæ, mniumque facultatum fons, & scaturigo re-enfetur; Ab ipso, & ad ipsum sanguis vni-ersus per Arteriam magnam à sinistro sinu mpellitur, & per Venam cauam ad dextrum eportatur; Quotiescunque igitur vulneratur ulnere ad ipsos sinus penetrante, necessariò mpetuosè sanguis multus effertur.

VENÆ LANGVESCVNT, Eò quia ipsa-rum vitali fluido disperso, & cessante, vel sum-mopere diminuto sanguinis motu, remanent suo munere destitutæ, indeque languescunt: Non secùs ac aduenit, quando ad organi mu-sicalis fistulas disruptis follibus, & aeri ducti-bus languescit, & cessat sonitus.

COLOR PALLIDISSIMVS. Viuidus vni-uersarum partium color, & calor suppedi-tatur à sanguine; Necessariò igitur per Cor-

dis

dis vulnus deficiente debita eiusdem sanguinis distributione, pallidissimus color consequitur.

SVDORES FRIGIDI, MALIQ; ODORIS TANQVAM IRRORATO CORPORE ORIVNTVR. Tenues, & serosæ humiditates ad corporis superficiem emissæ nequeunt antiquo sanguinis circulo commisceri, & ad cor ipsum reportari, vnde sequitur quod remanentibus in extimis, & extrinsecis partibus ab earundem partium raritatibus exprimuntur, quia ipse partes membranosæ naturali destitutæ caloris affluxu constringuntur, & per consequens humiditates sudorificè transmittunt; Malum autem odorem redolent, quia tenuiores, ac volatiles exalationes, antea ipso sanguine vinculatæ, remanent dissolutæ; Sicuti obseruatur frequenter in fœtore, quod ex lychno extincto resultat. Tanquam irrorato corpore, alij legunt in rorato corpore, quod possumus intelligere in illis, qui rotæ patibulo cruciati moriuntur, rationabiliter credendum superuenire talem sudorem, quem roridum etiam appellarunt, eò quia extrinseca corporis superficies remanet veluti rore consperfa, & madefacta; Ex quibus omnibus passionibus adi extremum exitium vita perducta, matura mors sequitur.

Pulmonis [illegible]

Pulmone verò icto spirandi difficultas est, sanguis ex ore spumans ex plaga rubens, simulque etiam spiritus cum sono fertur: In vulnus inclinari iuuat; Quidam sine ratione consurgunt, si [illegible] in ipsum vulnus inclinati sunt, loquuntur, [illegible] in aliam partem obtumescunt

PVLMONE VERO ICTO SPIRANDI DIFFICVLTAS EST. Difficilis respiratio

ratio sequitur in omnibus affectibus thoracicis, & in casu nostro in vulneribus, sed caueant Chirurgi, nè hoc signum difficilis respirationis reputent certissimum indicium vulneris pulmonis, quia ad perficiendam respirationem requiritur motus Thoracis primo modo, & sic cum non possit vulnerari pulmo absque eo quod vulneretur Thorax, consequens est, difficilem respirationem contingere potius ob thoracicas partes, quam per ipsum pulmonem vulneratum; Attamen hæc difficilis respiratio contestabitur pulmonis vulnus, si sequentia secum contingerint signa.

SANGVIS EX ORE SPVMANS. Dum vulneratus est pulmo, & præcipue in eius crassioribus partibus, effunditur sanguis à vasis pulmonicis, qui confusè introducitur in discissa bronchia asperæ arteriæ, & fertur ad laringem, & ex laringe in os, hocque in itinere necessario miscetur cum aere, bullas efficit, indeque spumosus redditur: Sed quando vulneratur pulmo in extremitatibus tenuioribus, necesse non est sanguinem bronchia ingredi, nec reijci per os, prout frequentissimè obseruatur, & hoc dicimus monendo Chirurgos, quod nisi videant sanguinem spumosum reiici per os, non credant impossibile pulmonem fuisse vulneratum.

Sanguis quare redatur spumosus.

EX PLAGA RVBENS. Sanguis in Thoracis cauitate collectus, & à pulmone sauciato dimissus non recipit tantam quassationem, & mixtionem cum aere, & ex hoc spumosus vt plurimum non redditur; Interdum tamen etiam spumescit per mixtionem aeris occupantis thoracis cauitatem, sed talis emissio sanguinis à vulnere præcipue in pauca

quantitate non testatur læsionem pulmonis; quia aduenit etiam in vulneribus simpliciter penetrantibus, sine vllo internarum partium vitio; At quando non sequitur talis mixtio cum aere, spumosus non est, & exit *ex plaga rubens* præcipuè si vulnus latum sit. Insuper accidit aliquando, quod vulneretur pulmo, & sanguis non reddatur nec spumosus per os, nec rubens per vulnus; & hoc prouenit, quando pulmo non vulneretur vbi reperiantur bronchia grandiuscula, & thoracis vulnus extrinsecum angustum sit, in quo casu difficillimum etiam est dignoscere an vulnus penetrans sit, nec nè; cum nec specillus exploratorius introduci possit, quia ipsissimus situs partis, in quo thorax reperiebatur tempore recepti vulneris, nequit reperiri, & licet reperiatur, fibrillæ membranarum, & musculorum contristatæ conuelluntur, & tricantur, ac valuularum instar ingressum specilli, egressumque aeris, & sanguinis impediunt.

Penetratio vulnerum Thoracis quando difficulter dignoscatur, & quare.

SIMVLQVE ETIAM SPIRITVS CVM SONO FERTVR. Quoties vulnus thoracis adeo amplum est per se, siue per specillum recognoscitur, emittit, & recipit aerem, qui transiens per noua, & angusta foramina frangitur, & cum sono redditur.

IN VVLNVS INCLINARI IVVAT. Thorax per ipsius longitudinem dirimitur à mediastino in duas cauitates dexteram, & sinistram, hinc est, quod quando istarum partium quæpiam vulneratur cum pulmonis læsione, eadem thoracis pars ponderosior redditur à sanguine intrinsecus extrauasato, qui sanguis proprio pondere opprimit diaphragma, & media-

diastinum: Si igitur vulneretur (sic dicam) pars dextera, & patiens velit decumbere supra latus sinistrum, totus sanguis extrauasatus impetum faciet ponderosum supra mediastinum, ipsumque impellet versus sinistram partem, & ex tali pondere, & pressione mediastini necessario sequetur maior angustia, spirandi difficultas, & laboriosa permansio: Contra verò (licet per vulnus inflictum pars etiam non læsa compatiatur) nihilominus si vulneratus decumbat supra partem affectam, sanguis ille fertur ad partes laterales thoracis, mediastinum melius recedit à parte sana, & sic liberior operatur respiratio, hacque liberiori ex respiratione verificari cognoscitur, quod *in vulnus inclinari iuuat.*

QVIDAM SINE RATIONE CONSVRGVNT. Tam ex oppressione, & compressione diaphragmatis, quam vulnere non solum partium externarum, verum etiam pulmonis defatigati, patientes, nec liberam exercentes respirationem huc, illucque interdum se iactant, & sine ratione consurgunt, quod accidit præcipuè quandò grandius est vulnus, & magna sanguinis quantitas præcordia comprimit; At cum non semper eodem modo se habeant talia vulnera, idcircò non semper tale symptoma contingere necesse est.

MVLTI SI IN IPSVM VVLNVS INCLINATI SVNT, LOQVVNTVR, SI IN ALIAM PARTEM OBMVTESCVNT. Hoc aduenit, quia dum decumbunt supra latus vulneratum, aliud latus sanum liberum remanet, & ideò loqui possunt; At si decumbant supra latus sanum, & in ca-

uitate vulnerata magna sanguinis copia reperiatur, ipse sanguis comprimit mediastinum, angustam reddit sanam cauitatem, itaut nequeat patiens sufficienter respirare, nec vocem reddere, sicuti etiam diximus superiùs explanantes, *quare in vulnus inclinari iuuat.*

Iocinoris vulnerati signa quæ, & quare contingant.

Iocineris autem vulnerati notæ sunt, multus sub dextra parte præcordiorum profusus sanguis, ad spinam reducta præcordia, in ventrem cubandi dulcedo, punctiones, doloresque vsque adiugulum, iunctumque ei latus scapularum, os intentum; Quibus nonnunquam etiam biliosus vomitus accedit.

IOCINORIS AVTEM VVLNERATI NOTÆ SVNT, MVLTVS SVB DEXTRA PARTE PRÆCORDIORVM PROFVSVS SANGVIS. Iam superius exposuimus, quid nomine præcordiorum intelligat Celsus; Quoties igitur vulneratum est iecur, múltùm sanguinis effunditur in dextero hypochondrio, & interdum etiam in parte superiori diaphragmatis, nempè in thorace, quando tamen vulnus inflictum sit in epate à parte superiori laterali thoracis ad inferiora; In quo casu necessario etiam vulneratur vna cum iecore diaphragma.

AD SPINAM REDVCTA PRÆCORDIA. Pro præcordijs in hoc casu intelligere debemus extremitates inferiores costarum, & *sternum* inferius, quia necessè est contrahi, & contristari diaphragma, & per consequens in illis partibus thoracicis inferioribus retractionem ad interiora sequi, hoc est versus spinam.

IN VENTREM CVBANDI DVLCEDO.

DO. Viscus ponderosum est Hepar, & occasione vulneris ponderosius euadit, quia partes omnes vel morbo affectæ, vel demortuæ ponderosiores fiunt ob deficientiam spirituum, ex quibus, vti aerei, substantia quælibet leuior presentitur; Sicuti obseruari licet ab ijs, qui maiori pila ludentes fatentur maximum pondus experiri in brachio, quando ipsa major pila non admodùm turget ab immisso per siphonem flatu Contrà verò leuitatem maximam, quandò plurimum ab immisso aere turgescit; Magìs etiàm ponderosum redditur Hepar, *si* (vltrà rationem expositam) inflammatione superueniente tumescat: Si igitùr patiens in ventrem pronus decumbat, Hepatis pondus prædictæ partes, quibus alligatur non substinent, & per consequens alleuiantur, hinc dulcedo sequitur, hoc est minor molestia, & suauior passio.

PVNCTIONES DOLORESQVE VSQVE AD IVGVLVM. Hic perpendere fas est, quomodò jecur in dextero hypochondrio permaneat alligatum tribus ligamentis, quorum primum est Vena vmbilicalis, qua alligatur vmbilico, nè sursum ad thoracem feratur; Secundum ligamentum latum & membranosum est illud, quo diaphragmati adhæret, & suspenditur; Tertium deniquè est in parte sinistra, & tenuiori ipsius Hepatis, quo alligatur carnosæ parti sinistræ diaphragmatis, vt nos obseruauimus, & per hoc impeditur, ne nimio pondere comprimatur ventriculus, & nè paritèr dum corpus reuoluitur hinc indè, & in lecto suprà dextrum latus decumbitur, Hepar ipsum versus talem partem proprio pondere vlteriùs non impellatùr; Examinemus in hoc ca-

Ligamenta quibus Hepar alligatur.

su prædictum illud secundum ligamentum membranosum adhærens diaphragmati, & intrinsecus Xifoidi cartilagini; Insuper consideremus mediastinum, ex quo ea parte, qua vergit versus internam thoracis faciem, alligatur, & substentatur diaphragma; Hisce itaque ligamentis, & partibus benè recognitis clarissimè patet, quarè punctiones, doloresque vsque ad jugulum contingant, hoc est, quia grauatum Hepar ponderosius redditur, & à tali pondere distenduntur nimiùm fibrillæ tàm ipsius secundi ligamenti, quàm mediastini, cum ipsum mediastinum in superiori parte tenaciùs adhæreat primis costis, & jugulo sequitur necessariò in istis superioribus partibus jugularibus majorem distensionem, & per consequens dolorem persentiri; Ac talis dolorificæ sensationis simul in causa esse transitus, & adhærentia neruorum sextæ conjugationis ad diaphragma excurrentium, qui nerui adhærent, & fulciuntur ab eodem mediastino; Qui dolor persentitur pariter quando ipsum Hepar vltrà modum intumescit, ob contractam inflammationem absque, quòd fuerit vulneratum.

IVNCTVMQVE EI LATVS SCAPVLARVM, OS INTENTVM. Vulnerato Hepate, & per consequens etiàm musculis vel thoracis, vel abdominis, Hepar ipsum languet, & ponderosiùs redditur, vt dictum, atque musculosæ partes prędictæ ob dolorem contristantur, & conuelluntur, hinc aduenit quòd patiens aliquatenùs pronum versùs dextrum latus inclinat, & per consequens scapularum latus eò desertur, & incuruatur, & per talem ad ipsum latus incuruationem,

nèc

nèc non propter musculorum, & fibrarum neruosarum contractionem, os intentum apparet.

QVIBVS NONNVNQVAM ETIAM BILIOSVS VOMITVS ACCEDIT. Quòd, vt dicemus paritèr alibi, aduenit ob commotum per sympatiam ventriculum, & duodenum, ex quo motu, inuerso ordine bilis, quæ à meatu colidocho ad ipsum intestinum duodenum defertur, ad superiora regurgitat.

Renibus vero percussis dolor ad inguina, testiculosque descendit, difficultèr vrina redditur, eaque aut cruenta est, aut cruor fertur.

Renum vulneratorum signa quæ, & quare contingant.

RENIBVS VERO PERCVSSIS DOLOR AD INGVINA, TESTICVLOSQVE DESCENDIT. Renes vel vulnerantur versùs extrinsecam partem gibbam, vel intrinsecam cauam, per quam arterias, & venas emulgentes recipiunt, nèc non neruos quamplurimos, & admodùm exiles, qui per extrinsecas partes cribri, per quod vrinacea materia secernitur, expanduntur, ad vsum quem nùnc sumus ex nostra sententia propositurì; Liceatque hac occasione aliquatenus à breuitate recedere. Communi Anatomicorum tàm Veterum, quàm Neotericorum decreto Renum vsus est, serosam humiditatem a sanguinis massa per arterias emulgentes delatam intrinsecùs recipere, segregare, & per vreteres in vesicam transmittere; Nos autèm idem asserentes duo viteriùs inquirimus. Primùm fermentum quoddam secretoriùm talis serositatis. Secundùm verò (præter intrinsecam structuram,) quàm cribrum dicunt, aliud etiàm auxilium nempè agitatiuum ipsius cribri; Putamus itaque glandulas renales conti-

Renum actio segregandi serũ vrinaceum quomodò fiat.

 nere,

nere, & ad Renes immittere minimam portionem illius excrementi, quem continent, cuius sit munus serum vrinaceum à sanguinis massa separare, indeque per cribrum dimittere. Verùm tamen est, ad huius nostræ opinionis comprobationem nos indicare, non posse ductus peculiares, per quos ab ipsis glandulis renalibus ad eosdem renes internos talis materia deferri possit; Nihilominùs quià interdùm obseruauimus aliquos patientes, qui conquerebantur de dolore leui, & grauatiuo in aliqua ex regionibus renalibus, & de diminuta minctione, indeque liberatos fuisse post transmissam vrinam obscuram, ac velùti rubiginosam, referentem colorem illius materiei, quæ in glandulis renalibus reperitur, porrectam dignouimus occasionem credendi, posse, & deberi aliquam materiam ab ipsis glandulis renalibus ad internos renes deportari, vt inseruiat ad vrinaceæ humiditatis secretionem à sanguine, sed in paucissima quantitate sufficienti tantummodò ad hunc vsum exercendum, & ad inducendum colorem, quem naturaliter vrina retinet: Circà verò ad secundum punctum; in quo consideramus neruuolos illos ad renes delatos, putamus ex ipsis internos renes aliquatenùs agitari, ac constringi, vt vrinacea serositas segregetur, & per cribrum ad Vreteres, indeque ad Vesicam dimittatur: Placuit talem motum in his partibus excogitare duplici ratione; Prima est, si animaduertamus cribrum ipsum comparatum cribro ad triticum secernendum opportuno, quod cribrum licèt sua habeat foramina configuratione, & magnitudine proportionata ad id, quod secerni debet; Nihilominùs

minùs cribratio non sequitur absque agitatione ipsius cribri: Secunda quià accidit interdùm vrinæ suppressio sine læsione Vesicæ, Vretræ, nèc vllo vitio Vreterum vel ab arenulis, vel calculo, vel quopiam alio; Et cum plurima talium patientum dissecuerim cadauera, pluriès nullum obstaculum vel solidum, vel viscidum inuenire contigit, quòd aduenisse, sumus suspicati ob defectum præfatæ agitationis, vel per conuulsionem, vel paralisim dictorum neruorum, & cum nerui isti eiusdem obseruentur diramationis sexti paris, quibus etiàm superius ventriculi orificium irrigatur, idcircò in talibus vrinæ suppressionibus aduenit ipsum etiàm ventriculum compati, & intestinorum motum turbari, ac minui: Sed redeamus ad explanationem signorum, & symptomatum, renibus vulneratis superuenientium; Dicit Celsus dolorem ad inguina, testesque deferri; Aduenit hoc, quandò intrinsecùs vulnerantur Renes, itaùt etiàm interna vreteris expansio, quam *infundibulum* appellant Anatomici, vulneretur; Cum namque vreteres neruei sint, & eiusdem substantiæ ac Vesica, & plurimos recipiant neruos ex ramulis sextæ coniugationis, nèc non etiàm aliquos ex vicinis vertebris, ex quorum genere sunt paritèr nerui, qui ad testes deferuntur, hinc colligendum venit, quòd vulneratis renibus per consequens contristentur etiàm partes, quæ vniformitèr a neruis irrigantur, & ideò ad ipsos testes, & inguina feratur dolor, cum in inguinibus perforatum peritoneum, & abdominis musculi permittant per vaginam prædictorum neruorum ad testes distributionem.

Vrina impedita secretio in Renibus vitio neruorum.

Renum vitia quarè facilè communicentur Ventriculo.

DIFFI-

DIFFICVLTER VRINA REDDITVR. Quià difficultèr, immò impossibilè à rene vulnerato potest scribrari; & ad vesicam transmitti: & credendum rationabilitèr excerni tantummodò vrinam à rene non vulnerato transmissam; Alia etiàm est causa talis difficultatis, videlicèt mixtio sanguinis cum vrina, quià ipsius sanguinis crassiores partes grumescunt, & per vrinaceas vias non liberè propelluntur.

EAQVE AVT CRVENTA EST, AVT CRVOR FERTVR. Si tempore, quo sauciatur patiens, reperiatur vrina in vesica, hæc cum descendente sanguine confunditur, & cruenta excernitur; Sin vero ipsa vrina non reperiatur, vel saltèm sit in pauca quantitate, & vasa superiora renum incisa majora sint, itàut vberior sanguinis quantitas ad vesicam feratur, tùnc sequitur cruorem efferri, etiàmsi aliqua insit vrinæ portio in minori quantitate.

Lienis vulnerati signa quæ, & quarè contingant,

At Liene icto sanguis niger à sinistra parte prorumpit; Præcordia cum Ventriculo ab eadem parte induresceunt; Sitis ingens oritur, dolor ad inguilum quemadmodùm in Iecore vulnerato.

AT LIENE ICTO SANGVIS NIGER A SINISTRA PARTE PRORVMPIT. Continetur Lien in sinistro hypochondrio sub diaphragmate vergens aliquatenùs magis ad spinam, quàm ad partem anteriorem epigastricæ regionis, in ipso magis niger sanguis colligitur, & per consequens niger prorumpit.

PRÆCORDIA CVM VENTRICVLO AB EADEM PARTE INDVRESCVNT. Indurescunt hæ partes proptèr propinquitatem,

tem, vulnere enim irritatæ neruosæ partes conuelluntur, nec liberum sanguinis motum permittunt.

SITIS INGENS ORITVR. Quia exhauriuntur, & lentescunt ratione contristationis humidæ serositates, fauces, aliasque vicinas partes humectantes, quarum humiditatum defectu, vel lentescentià, sitis sensitiua inducitur, quià (liceat ad faciliorem intelligentiam hanc digressionem exponere) tam fames, quàm sitis duplex est; Alia dicitur sensitiua siuè animalis: Alia naturalis: Sensitiua tàm fames, quàm sitis est (quò ad famem) molestia illa, quæ persentitur in orificio superiori Ventriculi, quotiès Ventriculus ipse vacuus est, & exinanitus. Sitis verò sensitiua cum palati, linguæ, & faucium humiditates vel deficiunt, vel nimiùm ab aliqua causa lentescunt, & exsiccantur, famesque, & sitis huiusmodi sensitiuæ appellantur, quià mediantibus neruis gustatorijs persentiuntur: Dicuntur etiam hujus generis fames, & sitis ***Animales***, quià dignoscuntur sensibilitèr per neruos, qui ab Anatomicis judicantur partes facultatibus animalibus exercendis destinatæ; Fames autèm, vel sitis naturalis, vocatur appetitus ille simplicitèr necessarius tàm sicci, quàm humidi, quem partes omnes viuentes retinent pro earum nutritione, licèt talis appetitus non persentiatur.

Fames, & sitis duarum specierum, & quæ.

DOLOR AD IVGVLVM, QVEMADMODVM IN IECORE VVLNERATO. Iste dolor ad jugulum quomodò aduentiat, in vulneribus Iecoris superiùs exposuimus, sed loquentes nùnc de Liene vulnerato non possumus eandem causam recensere, quàm enarraui-

raumus de ligamento adhærente diaphragmati, at asserimus hujusmodi dolorem ad jugulum in vulneribus Lienis ferè nunquàm contingere, nèc adeò frequens prout in vulneribus Iecoris, sed solummodò cum vel plurimùm diaphragma contristatum contrahiturue Lien ipsum, quod non certam habet magnitudinem, valdè tumidum, & ponderosum reperitur.

Vuluæ vulneratæ signaque, & quarè sequantur.

At cum Vulua percussa est, dolor in inguinibus, & coxis, & femoribus est; Sanguinis pars per vulnus, pars per naturale descendit; Vomitus bilis insequitur; Quedam obmutescùnt; Quædam mente labuntur; Quedam sui compotes neruorum, oculorumque dolore vrgeri se confitentur morientesque tandèm eadem, quæ corde vulnerato patiuntur.

AT CVM VVLVA PERCVSSA EST, DOLOR IN INGVINIBVS, ET COXIS, ET FEMORIBVS EST. Vterus in imo hypogastrio inter vesicam, & rectum intestinum continetur alligatus quatuor ligamentis, duobus superioribus membranosis vespertilionis alas repræsentantibus, quæ adhærent superioribus partibus lumbarium musculorum; Alia ligamenta à lateribus fundi Vteri deorsùm vergentia teretia, & neruosa sunt, ac per peritonei vaginas, per quas in maribus spermatica vasa deferuntur, ista ligamenta pertranseunt ad partem femoris interiorem, ibique expanduntur membranosa; Cum igitùr vulneratur vterus, hæc ligamenta ratione continuitatis (ne dicam eiusdem substantiæ) compatiuntur; conuelluntur, & in consensum trahunt membranam femoris musculos circumdantem, hacque ratione dolor in inguinibus,

Vteri situs eiusque ligamenta.

bus, & coxis, & femoribus est.

SANGVINIS PARS PER VVLNVS; PARS PER NATVRALE DESCENDIT. Hoc diuersimodè sequitur, quia si Vterus vulneretur in extrinseca sui parte, itaut non pertingat vulnus ad internam cauitatem, sanguis per vulnus emittitur; Sin ad eandem cauitatem perueniat, reijcitur sanguis ab eodem vulnerato Vtero, transit per vaginam, & per naturale, hoc est, per Vuluam descendit, & jcitur.

VOMITVS BILIS INSEQVITVR. Ob inuersum motum peristalticum inductum in partibus intestinorum, & Ventriculi, vt fusius xplicabimus loquentes de vulneribus Vesicæ, Cerebri, & intestinorum.

QVÆDAM OBMVTESCVNT. Quia cum recipiat Vterus neruos à sexto pari reccurrenti, x quibus etiam aspera arteria, & musculi laringis ramulos accipiunt, aduenit pariter, uod remanentibus talibus partibus defraudatis bero dictorum neruorum munere, nec libere oueri possunt, nec vox liberè pronunciari, deoque obmutescunt, quod in maximis Vteri ulneribus; & maxima talium neruorum pasone accidit, hacque ratione ponit Celsus verum illud *Quædam*, vt indicaret non omnius hoc modo vulneratis contingere, sed inerdum tantummodò.

QVÆDAM MENTE LABVNTVR. Cum terus, partes eidem continuitate consortes, sique nerui patiantur, & cum summam retieant cum Cerebro simpatiam, facillimum est er consequens, cerebrum deturbari.

QVÆDAM SVI COMPOTES NERVOVM, OCVLORVMQVE DOLORE VR-

GERI

GERI SE CONFITENTVR. Sed hæc pariter solumq; modò propositis rationibus adueniunt interdum.

MORIENTESQVE TANDEM EADEM QVÆ CORDE VVLNERATO PATIVNTVR. Et cum tam graue sit vulnus, itaut tam tam neruorum, & præcipuè sexti paris contur bationem, & euersionem inducat; Necessariò per consequens est, lædi pariter neruulos illos, qui ad Cor deferuntur, & inde eadem superuenire symptomata, quæ corde vulnerato contingere, superiùs exposuimus.

Cerebri, & membranarum eius vulneratarum signa quæ, & quare adueniant.

Sin Cerebrum, membranaue eius vulnus accepit, sanguis per nares, quibusdam etiam per aures exit, fereque bilis vomitus insequitur; Quorundam sensus obtunduntur, appellatique ignorant; Quorundam trux vultus est; Quorundam oculi quasi resoluti huc, atque illuc mouentur, fereque tertio, vel quinto die delirium accedit: Mulierum etiam nerui distenduntur: Ante mortem autem plerique fascias, quibus caput deligatum est, lacerant, ac nudum vulnus frigori obÿciunt.

SIN CEREBRVM, MEMBRANAVE EIVS VVLNVS ACCEPIT, SANGVIS PER NARES, QVIBVSDAM ETIAM PER AVRES EXIT. Quoties vel Cerebrum siue eius membrana, nempè dura mater seu etiam pia, vulnerentur, exit sanguis per nares, & etiam per aures quia disruptis vasis, quæ in plurimas expansiones distribuuntur per has membranas, sanguis extrauasatus quærit exitum, quem interdum inuenit per os Ethmoide, vel per ossis petrosi foramen, per quod penetrat neruus auditorius, & sic tam per nares, quam per aures emittitur, & præcipuè

dura

dura mater vulneretur, qua parte maiores sinus reperiuntur, attamen raro fuit per me obseruatus talis sanguinis exitus in talibus vulneribus.

FEREQ; BILIS VOMITVS INSEQVITVR. Bilis vomitus in vulneribus omnibus neruosarum partium contingit; sed præcipuè capitis, & internorum viscerum, quia cum sint partes neruosæ necessariò aduenit vniuersam commoueri neruaceam substantiam, & consequenter viscerum inferiorum motum, ex qua commotione, cum deturbetur consueta per suas vias bilis excretio, ad ventriculum defertur, & vometur.

Bilis vomitus in Vulneribus capitis, ac plurium neruosarum partium quo modò sequatur.

QVORVNDAM SENSVS OBTVNDVNTVR, APPELLATIQVE IGNORANT. Sensuum organa tunc benè operantur, quandò debito modo ipsis limpidi & sufficientes Spiritus animales subministrantur; At dum vulneratum est Cerebrum, eiusque membranæ, necessariò nequit talis debita spirituum distributio perfici, nec spiritus ipsi debitè elaborari, hinc per consequens sequitur non benè, nec bonos distribui posse, & ex hoc resultat, quod obtunduntur sensus, & appellati ignorant, quia partim vel non audiunt, vel intellectus operationes non exercendo, per consequens ignorant.

QVORVNDAM TRVX VVLTVS EST. Faciei partes plurimos recipiunt neruos, qui per membranarum Cerebri, & Cerebri ipsius vulnera necessariò vel conuelluntur, vel resoluuntur, sed præcipuè oculi, quorum *bulbus* totus neruosus est, & expansa propagatio nerui *optici visorij*, & pariter contristantur musculi ipsum oculum, ac superiorem palpe-

bram mouentes, hinc aduenit vel inordinata oculorum commotio, vel ad interna retractio; simulque discompositio cæterarum partium faciei, iisdem rationibus; Ex quibus omnibus sequitur quod *Quorundam trux vultus est*, caussisque pariter eisdem *Quorundam oculi huc atque illuc mouentur*.

FEREQVE TERTIO, VEL QVINTO DIE DELIRIVM ACCEDIT. Ex discissis membranis Cerebri, ac eiusdem Cerebri substantia, & ex deturbato, ac impedito debito sanguinis circulo aduenit inflammatio, & delirium, quia ob inflammationem dictarum partium operationes animales principes euertuntur, ac malè, & tumultuariè operantur, & inde delirium sequitur.

MVLTORVM ETIAM NERVI DISTENDVNTVR. Quod prouenit per prædictas rationes, quia cum non aliud sint nerui (vt alias diximus) quam Cerebrum prolongatum, deturbato ipsorum neruorum principio, contristantur pariter, & conuelluntur nerui ipsi.

ANTE MORTEM AVTEM PLERIQVE, FASCIAS, QVIBVS CAPVT DELIGATVM EST, LACERANT, AC NVDVM VVLNVS FRIGORI OBIICIVNT. Huiusmodi patientibus credendum est profectò caput tot morbis grauatum tam quoad sensum, quam circa intellectus operationes aliquem adhuc remanere discursum licet deprauatum, & dum capitis vel dolorem, vel grauitatem persentiunt, manus naturali quadam procliuitate apponunt, quibus fascias inuolutas decerpunt, & dilacerant, falsò putantes vel ipsas morbos, vel morbi causam

xittere, vndè consequenter *nudum vulnus frigori obiiciunt*.

Vbi stomachus autem percussus est, singultus, & bilis vomitus insequitur, si quid cibi, vel potionis assumptum est, id redditur citò, venarum motus elanguescunt: sudores tenues oriuntur, per quos extremæ partes frigescunt.

Stomachi vulnerati signa quæ, & quare sequantur.

VBI VERO STOMACVS PERCVSSVS EST, SINGVLTVS, ET BILIS VOMITVS INSEQVITVR *Stomachus* magis proprie dicitur *Esophagus*, sed magis communitèr à Vulgo nomine stomachi intelligitur ventriculus, vndè qui laborant imbecillitate, vel dolore ventriculi, communitèr dicunt stomachum imbecillem, seu dolorificum habere; Quoties igitur vulneratur stomachus sequitur singultus ob conuulsionem, quæ necessario aduenit causa lesionis neruorum, qui stomatici dicuntur, & sunt in hac parte numerosissimæ diramationes neruorum recurrentium sexti paris, quorum neruorum ope persentitur fames animalis, siue sensitiua; Cum igitur vulneretur hæc pars, contristati conuelluntur hi nerui, & ex tali conuulsione adueniunt *singultus, & bilis vomitus*.

Stomachi nomen æsophago debetur.

SI QVID CIBI, VEL POTIONIS ASSVMPTVM EST, ID REDDITVR CITO. Reijcere sumptum alimentum vel solidum, vel fluidum non semper sequitur, quia non semper in Ventriculo reperiuntur, sed tantummodo quando paulo antea eorum aliquod fuerit assumptum.

VENARVM MOTVS ELANGVESCVNT. Nomine venarum intelliguntur communiter vasa tam arteriosa, quam venosa, sed cur in hoc casu elanguescant venarum,

 & præ-

Nè questo pronostico hà da farsi solo negl' Empiematici, ò suppurati, cioè quando nel Torace si contiene in abondanza grande la materia putrefatta, mà ancora quando succede vna gran suppurazione in altre parti, benche esterne, e negl'istessi articoli; Poiche questa parola *suppurazione* nella Medicina significa molte cose, essendo che li Medici Antichi chiamauano *Empiema* qualsiuoglia raccolta di marcia, che in qualche parte si ritrouasse, ouero fosse vn abscesso aperto; E chiamauano tutti li medicamenti suppuranti *Empiemata*, ouero *Diapiemata*.

Suppurazione nella Medicina significa più cose.

Di modo che tanto nel far pronostico, quanto nel curare con cautela tanto li veri Empiematici, quanto gl'altri sudetti, si considerino li documenti proposti *nell' Aforismo 27. della sesta Sezione*, e quelle cose, che presentemente abbiamo spiegate.

SECTIO SEPTIMA.

APHORISMVS XLV.

Quorum hepar ſuppuratum aduritur, ſi pus purum fluxerit, & album, euadunt; In tunica enim his pus continetur; Si verò qualis amurca fluat, pereunt.

SIcuti in omnibus partibus, per quas copioſus ſanguis effluit, frequenter aueniunt inflammationes, & tumores; In hepate multò facilius occurrunt, cum viſcus ſit molle, & glanduloſum, per quod grandiora, ac plurima vaſa deferuntur; Quotieſcunque igitur inflammatum, & tumidum dignoſcitur, & durities pertinax ad quadrageſimum diem, & vltrà perdurat, nec per diarrheam, nec per copioſam vrinam, vel per aliam ſubſequentem euacuationem minuitur, ſuſpicari debet de ſuppuratione; Ad cuius curationem audax veterum Medicina ad combuſtionem deueniebat, quam nos aliquibus etiam vicibus vario euentu ſumus operati in hoc Archioſpetali non in peculiaribus domibus, quia Vrbani patientes molles, & formidoloſi eamdem non permittunt, & multò minùs Conſanguinei; Nec Chirurgi ad ipſam operandam hilari fronte deueniunt, metu nè ſi mors contingat, non morbi ſæuities, ſed trux combuſtio peracta reputetur in cauſam.

Operationes magnæ & truces non permittuntur faciliter à domeſticis.

Prædictæ vſtionis operandi norma (prout ſum expertus) talis eſt. Detineatur firmiter

in lecto supinus patiens, & à Ministro fiat infrà tumorem compressio, & supra comprimatur sinistra manu operantis Chirurgi, delineetur inurendi locus, hoc est in parte magis prominenti, fiat inustio ferramento intense ignito aliquantulum crasso ad sagittæ longioris figuram, & comprimatur quousque materia effluat, & (vt solet) aliquantulum impetuose; Hoc peracto imponatur turunda proportionatæ crassitiei, & longitudinis sufficientis, sed non vltra, ne tanquam ab introducto, & permanente telo irritetur pars læsa.

Hepatis suppurati inurendi modus.

Si tali peracta combustione pus purum, & album emanauerit, indicium erit infici Hepar in partibus externis, & præcipue inter tunicam ipsum inuoluentem, & eius substantiam; Nec sit qui credat hoc vt impossibile, considerans ipsammet tunicam tenuissimam esse, & non posse a puris commercio per diem à corruptione seruari, & per consequens difficilissimum fore, vt inter ipsam, & Hepatis substantiam queat pus contineri, quia non est talis eiusdem tunicæ conditio, dum Hepar hoc modo per plures, & plures dies inflammatum intumescit, quia ea tenuissima membrana, qua obuelatur Hepar in statu integro, & naturali, in hoc casu remanet adeò imbuta fluidis humiditatibus, vt dimidij digiti æquet crassitiem, sicuti in dissectis cadaueribus huiusmodi morbo interfectis dignoscere licuit; *Sin verò qualis amurca fluat, pereunt*, quia tumor non superficiem, sed profundiores Hepatis partes occupauit, ibique maxima est sequuta putredo, ex qua talis praua materia dimittitur amurcæ similis, & ob hanc

inter-

internam Hepatis ſubſtantiæ corruptionem expugnatu impoſſibilem, neceſſario patientes pereunt.

SEZIONE SETTIMA.

AFORISMO XLV.

Quelli, à quali ſi fà vſtione al Fegato, perche quello patiſce ſuppurazione, ſe verrà ad vſcire il pus puro, e bianco ſi ſanano, perche il detto pus ſi contiene trà la tunica, e la ſoſtanza di eſſo Fegato; Mà ſe eſca ſimile alla Morchia, muoiono.

SI come in tutte le parti interne, per le quali ſcorre abondantemente il ſangue, ſuccedono frequentemente l'infiammazioni, e tumori; molto più facilmente ſi generano nel Fegato, eſſendo egli vn Viſcere molle, e glandoloſo, per il quale ſi ſpargono vaſi grandi, & in gran numero; ogni volta dunque che ſi riconoſce tumefatto, & infiammato, e dura permanente, e pertinace la durezza fino à quaranta giorni, & ancor più, ne viene à diminuirſi per diarrhea, ò col renderſi copioſamente l'vrina, ò per qualche altra euacuazione, che ſoprauenga, hà da dubitarſi che vi ſia fatta la ſuppurazione; per cura della quale la Medicina degl'Antichi più audace veniua à far l'vſtione, la quale alcune volte noi ancora abbiamo fatto, mà con diuerſo ſucceſſo, in queſto Archioſpedale, e

Ee non

non nelle case particolari, perche i pazienti ciuili molli, e timorosi non la permettono, e molto meno li parenti, ne li Chirurghi condescendono volentieri à farla, per timore, che se succede la morte, si reputi per cagione non la cattiua natura del morto, mà la crudele vstione fatta.

Operazioni grandi, e crudeli non si permettono facilmẽte da domestici.

Il modo di fare la detta vstione (per quanto hò esperimentato) è questo: Si tenghi fermo in sito supino il paziente, e da vn ministro si comprima sotto al tumore, e di sopra si faccia parimente compressione dal Chirurgo con la mano sinistra, si segni il luogo, doue hà da farsi l'vstione, cioè nella parte più prominente, e si faccia l'vstione con ferro alquanto grosso, che sia ben infuocato, e di figura di vna saetta non poco lunga, e con esso ferro si comprimi fin'à tanto, che esca fuori la materia con qualche impeto, come è solito; fatto questo vi si ponga la tasta di grossezza proportionata, e di lunghezza bastante, mà non molto più, acciò la parte offesa non venghi irritata, come se fosse intromessa vna saetta permanente.

Modo di far vstione al fegato suppurato.

Se fatta, che sarà tal vstione, verrà ad vscire il pus puro, e bianco, sarà segno che il Fegato è offeso nelle parti esterne, & in particolare tra la tunica, che l'inueste, e la sostanza di esso fegato: Ne vi sia chi reputi ciò per cosa impossibile, considerando che questa tunica è sottilissima, e non potersi conseruare senza putrefarsi dal commercio con il pus per vn sol giorno, & in conseguenza che sia impossibile, che si conserui la materia marciosa trà essa, e la sostanza del Fegato, perche l'essenza di questa tunica non è tale quan-

do

do il Fegato dura ad essere tumido, & infiammato per molti, e molti giorni, perche questa membrana sottilissima, che inueste il Fegato in stato naturale, & integro, ritrouandosi poi il detto Fegato in stato preternaturale, & in tal modo morboso, viene ad essere tanto inzuppata da sostanze vmide, che si rende vguale nella grossezza à mezo dito; sì come è occorso osseruare nella dissecazione de Cadaueri di quelli, che sono morti di tal malattia: *Ma se esce la materia simile alla morchia, muoiono*, perche il tumore non hà occupato la superficie, mà la sostanza, e le parti più profonde di esso fegato, e quiui si è fatta gran putredine, dalla quale vien mandata fuori tal materia simile alla morchia, e per causa di questa corruzione della sostanza del Fegato impossibile ad espugnarsi, necessariamente vengono li pazienti à morire.

SECTIO SEPTIMA.

APHORISMVS XLIX.

Ab Angina correpto tumor, & rubor in pectore superueniens, bonum, extrà enim vertitur morbus.

QVæ fuerunt exposita Aphor. 37. sect. 6. huc studioso Lectori referre placeat, cum eadem cognoscatur doctrina, eædemque militent rationes.

SEZIONE SETTIMA.

AFORISMO XLIX.

A chi viene molestato dall' Angina il tumore, e rossore, che sopraviene nel petto, è buono; perche il morbo si porta esternamente.

PIaccia allo studioso Lettore di riportare in questo luogo quelle cose, che furono dette nell'Afor. 37. della sesta Sezione, riconoscendoui la medesima dottrina, e millitando l'istesse ragioni.

SECTIO SEPTIMA.

APHORISMVS L.

Quibus Cerebrum sphacelatum est in tribus diebus pereunt; Si vero hos euaserint, sani fiunt.

PRo Cerebri sphacelo siue intelligatur dispositio ad sphacelum, hoc est Gangrena, vel ipsa omnimoda corruptio, & mortificatio, quam Latini *siderationem* appellant, non sumus perquisituri, sed tantum placet exponere, Hippocratem non intellexisse de vero sphacelo, prout apud Medicos, & Chirurgos communiter intelligitur, qui est

partis

partis totalis mortificatio, & mors, eo quia de morte ad vitam non datur transitus: Dato igitur quod Cerebrum tali pacto sit spacelatum, pereunt patientes ad summum tertia die; sed esto quod, hoc non sequatur *salui fiunt*, hoc est, possunt etiam sanari, sed quo tempore, & an certa speranda sit salus, nullum datur indicium, nec certa ratio; & hoc dixisse sufficiat, quandoquidem plurima curiosa potius, quam necessaria sequerentur fusius exponenda.

Sphacelus quid.

SEZIONE SETTIMA.

AFORISMO L.

Quelli, à quali il Ceruello è sfaccelato, muoiono in trè giorni; Mà se scampano, e soprauiuono alli detti tre giorni, si sanano.

PEr sfacelo del Ceruello ò s' intenda disposizione allo sfacelo, cioè Gangrena, ouero la totale corruzione, e mortificazione, che chiamano li Latini *siderazione*, non siamo per andar cercando, mà ci piace solo di esporre, che Ipocrate non hà inteso del vero sfacelo, conforme s'intende communemente appresso li Medici, e Chirurghi, che è vna totale mortificazione, e morte della parte, perche dall' esser morto non si púo dar passagio al ritornar in vita: Occorrendo dunque, che il Ceruello sia sfacelato in tal modo, muoiono li pazienti nel terzo giorno al

Sfacelo che cosa sia.

più; mà dato che ciò non segua, si sanano come ponno ancora restar salui, mà in quanto tempo, e se debba veramente sperarsi la salute, non vi è segno nè ragione alcuna certa, e basti auer ciò detto, poiche vi sarebbe occasione d'esporre più cose, dirò più tosto curiose, che necessarie.

SECTIO SEPTIMA.

APHORISMVS LVIII.

Quibus Cerebrum aliqua ex causa concussum fuerit, necesse est statim mutos fieri.

Obmutescentia quando, & quarè contingat concusso Cerebro.

Concusso Cerebro tunc sequitur obmutescentia, quandò vel vis ictus principia neruorum tertiæ, quartæ, & sextæ coniugationis infestat, quià partes loqutioni inseruientes ex talibus neruorum propaginibus irrigantur, & statim sequitur obmutescentia, quando statim paritèr eidem nerui læduntur vel à percussione, vel à materia superiùs immissa, & impulsa à partibus Cerebri grauiter percussis: Sed dato quòd percussum sit Cerebrum, nec nerui ipsi vel à percussione, vel ab humorum ad ipsos delatorum citissimo impúlsu lædantur, necesse non est patientes statim mutos fieri, licet probabile, quod vel quarta, vel septima, vel alia subsequenti, & præcipue critica die contingat.

SE-

SEZIONE SETTIMA.

AFORISMO LVIII.

Quelli, à quali per qualsiuoglia causa il Ceruello hà patito concussione, è necessario, che subito diuenghino muti.

VEnendo ad essere concusso, e sbattuto il Ceruello, è necessario, che subito li pazienti perdino la fauella, massime quando l'impeto della percossa viene ad offendere li principij de nerui della terza, quarta, e sesta coniugazione, perche le parti, che seruono alla fauella riceuono le propagini de nerui diramate da questi principij, & il seguirne l'obmutescenza segue subito, quando parimente vengono a restar subito offesi li detti nerui ò per causa di percossa, ò per ragione della materia mandataui dalle parti superiori del Ceruello grauemente percosse: Mà, dato che sia percosso il Ceruello, e che li detti nerui non venghino offesi ne dalla percossa, ne dal portaruisi sopra con impulso gl'vmori, non è necessario, che li pazienti diuenghino subito muti, benche sia probabile, che ciò segua ò nel quarto, ò nel settimo, ò in altro giorno critico susseguente.

Mutescenza perche, e quando auenga essendo concusso il Ceruello.

SECTIO SEPTIMA.

APHORISMVS LXXX.

A corruptione abscessus ossis.

Ossis abscessio quando necessaria in carnium corruptione.

APud plures Doctores Hippocratis Aphorismos exponentes talis Aphorismus non reperitur, ponitur tamen à Galeno, nec à nobis prætermittendus est, cum magni ponderis sit, & intellectu, ac scitu necessarium ab ijs, qui accuratè Chirurgiam profitentur, & exercent, nam vt diligentius curent, propriamque famam tutentur, obseruandum ab ipsis est, quod quotiescunque ad curationem accedunt alicuius vulneris, siue vlceris, & quilibet ex his affectibus sit in parte satis excarnea, præcipue in parte aliqua superiori Cranij, vel antica Cruris, & alijs, maioribus musculis non tectis, vt sunt manus pedes, & huiusmodi, vbi post continentes communes partes os in promptu reperitur, vel parum distat, etiamsi causa vulneris, vel vlceris periostio non sit detectum, nihilominus si vulnus in sordidum vlcus transmigret, seu vt vulgo dicunt tam Vulnus quam Vlcus in corruptionem abeat, necessario & periostium, & os denudantur, & subsequenter alterantur, corrumpuntur, nec non temporis interuallo os abscedit, sicque verificatur *A corruptione abscessus ossis.*

Caueat itaque Chirurgus, talique munitus doctrina prædicat futuram de facili in tali casu

casu corruptionem, & ossis abscessum, ne quidquid perniciosius ipsius morbi natura sequitur, eius inertiæ, & ignorantiæ tribuatur.

SEZIONE SETTIMA.

AFORISMO LXXX.

Per causa di corruzione segue separamento dell' osso.

APresso molti Dottori, che hanno comentato gl' Aforismi d'Ipocrate non si ritroua il presente Aforismo, è però esposto da Galeno, nè noi dobbiamo tralasciarlo, essendo di gran momento, e necessario a ben intendersi da quelli, che professano, & essercitano accuratamente la Chirurgia; Poiche per curare con ogni maggior diligenza, e diffendere la loro propria fama, deue da essi osseruarsi, che quando intraprendono la cura di qualsiuoglia ferita, ò vlcere, e qualsisia di questi morbi si ritroui in parte escarnea, particolarmente in qualche parte superiore del Cranio, ò anteriore della gamba, & altre, che non sono ricoperte da muscoli riguardeuoli, come à dire, mani, piedi, e simili, doue dopo le parti continenti communi si ritroua subito, ò stà poco lontano l' osso, il quale benche non sia scoperto dal perioſtio per causa di ferita, ò di vlcere, nulladimeno se la ferita si faccia vlcere sordido, ouero come dicono communemente tanto la ferita, quanto l'vlcere passi in corruzione, viene à rimaner

Osso quando sia necessario si separi nel corrompersi delle carni.

ner necessariamente scoperto il periostio, e l'osso, e susseguentemente restano alterati, e corrotti, & in progresso di tempo viene l'osso à desquammarsi, e così rimane verificato, *che per causa di corruzione* (cioè della cute, e periostio) *segue la separazione dell'osso*.

Sia dunque auertito il Chirurgo, & essendo ammaestrato da tal dottrina, propali in tal caso, che facilmente sarà per seguire la corruzione, & il douersi separar l'osso, accioche tutto quello, che auiene di più dannoso per natura del morbo istesso, non venghi attribuito à sua ò ignoranza, ò trascuragine.

SECTIO OCTAVA.

APHORISMVS VI.

Quoscunque morbos medicamenta non sanant, ferrum sanat, quos ferrum non sanat, ignis sanat, quos verò ignis non sanat, hos sanari non posse putato vel hos incurabiles existimari oportet.

Chirurgiæ practicæ triplex præsidium.

SIcuti in Therapeutica (quæ est pars Medicinæ curatiuæ) triplex numeratur præsidium, *Dieta*, *Chirurgia*, & *Pharmatia*; Ità pariter in Chirurgia, non stricto modo sumpta, sed prout nostris temporibus in vsum venit, ipsa Chirurgia practica tria retinet præsidiorum genera, *Medicamentum*, *Ferrum*, & *Ignem*,

Hanc

Hanc autem triplicem Chirurgicorum præsidiorum seriem, & numerum proponit Hippocrates docens vtendi modum methodo regulata, non confusa, & indistincta; Sed hac ponderatione tribus hisce præsidijs vtendum esse, vt mitiora priùs, sæuiora secundò; Tertiò sæuissima sint adhibenda.

Igitur in quolibet morbo extrinseco Chirurgicum opus expostulante quotiescunque Chirurgus accedit in ipsius morbi principio, consideret an expediat, necnè aliquod medicamentum topicum admouere, (dicimus consideret) & ratio est, quia sequitur quod plures etiam tumores non magni, ipsius naturæ benefitio, absque vllius medicamenti applicatione ab ipsa natura curentur experientia quotidiana teste, Celsi auctoritate confirmata lib. 7. in proæmio, vbi sic loquitur *Siquidem in morbis cum multum fortuna conferat, medicamentaque cum sæpè salutaria, sæpè vana sint, iure dubitari potest secunda valetudo Medici ne industria, an corporis benefitio contigerit: In his quoquè affectibus, in quibus medicamentis extrinsecus admotis maximè nitimur, quamuis perfectus euidentior est, tamen sanitatem & per hæc frustra quæri, & sine his reddi sæpe manifestum est. Iure etiam dubitari potest, &c.*

Tumoribus non semper applicanda medicamēta

Sed posito quod ea sit morbi conditio vt per se, siue à natura nullo medicamento adiuta curari nequeat, ad medicamenta confugiendum, vt naturæ feratur opus; Verùm pertinacius permanente malo, imò magis, ac magis ingrauescente adeò vt vel suppuratio; vel aliqua corruptio superueniat, necesse est ad incisionem deuenire, sicque quod medicamento curatum non fuit, ferro sit curandum;

Medicamēta, & ferrū quando cōueniant.

In-

Insuper esto quod adhuc non vincatur morbus, imò ipsa natura victa sphacelus subsequetur, denuò ad ferrum, & tandem ad ignem, partem emortuam amputando, & remansam adhuc viuam comburendo, deueniendum; Et in talibus affectionibus verificatur Hippocraticus textus; *Quoscunque morbos medicamenta non sanant, ferrum sanat, quos ferrum non sanat, ignis sanat, quos verò ignis non sanat, hos sanari non posse putato, vel hos insanabiles existimari oportet*. Cui doctrinæ si liceret præmitterem hæc verba, & dicerem. *Quicunque morbi à natura non curantur, medicamentis curantur*, & prosequatur Aphorismus.

Igne quando vtendum.

Duæ circa hunc Aphorismum insurgunt difficultates examinandæ, & explanandæ.

Prima. Quomodo dignosci possit, & certò concludi morbum per medicamenta non sanatum iri.

Secunda. Dato quod curandus morbus sit vlcus antiquum, callosum, & cachoete, ac pessimæ conditionis, vel ingens tumor præcipuè phlegmonosus, qui in sphacelum terminauerit, & ad seruandum patientem necessaria censeatur partis ablatio; Vtrum talis ablatio facienda sit in parte sana, vel mortua, & an medicamentis vel ferro, & igne.

In quantum ad primam spectat difficultatem postquam in aliqua parte grauissimo vexata morbo plurima, & quidem retionabiliter fuerint applicata medicamenta, sed incassum, quia morbus ipse in suo adhuc robore consistit, excogitandum remanet an ad ferrum sit confugiendum; Sed caute admodum Chirurgus se degere debet antequàm concludenter affirmet, post varia, ac plurima

ad-

adhibita medicamenta alia adhuc non reperiri, & idcirco ad ferrum, & ignem deueniendum esse, quia certus medicamentorum numerus nequit assignari, ita vt concludendum sit aliud magis opportunum dari non posse; Interdum namque morbi plures varijs localibus medicamentis à docto Chirurgo adhibitis non fuerunt sanati, & tandem ab ignaro Homunculo arcanum aliquod fuit vtiliter admotum, quod valuit curationem perficere.

Nullum aliud medicamentũ reperiri, concludi non potest.

Hoc nec Hippocratem, nec Galenum latuit, qui præfatum documentum nobis indicarunt, siquidem Hippocrates fatur *lib. præceptionum. Ne pigeat ex plebeis sciscitari, si quid ad curationem vtile* Galenus vero vt narrat *lib. de simpl. medicam. facultatibus* non erubuit plebeios, & imperitos piscatores, aliosque infimæ sortis viros consulere; Imo nec aspernenda penitus interdum Muliercularum consilia; cum & idem Hippocrates *lib. de septimestrì partu* hoc ipsum docuisse videatur: vbi sic loquitur. *Mulieribus enim fides habenda est, vbi de ijs loquuntur, quæ circa partum accidunt; Nam & omnia narrant, semperque dicunt, & semper proferunt; Neque aut opere, aut sermone cuiusquam se persuadere sinunt, sed ex eo, quod sibi contigisse norunt.*

Hippocrates, & Galenus laudant etiam interdum rudiorum hominum consilia.

Mulierum consilia in muliebribus morbis existimanda ex Hippocrate.

Nostrates neque Mulieres ab antiquis differunt, & licet (sed causaliter) frequentius se iactent Prothomedicas esse, interdum tamen & vtilia proferunt; Argumento inseruiat quod narrat Doctissimus, & Expertissimus Vir Guglielmus Fabritius Hildanus *Cent. 5. Obseruat* 21. de Rustico quodam nomine Benedictus Barquin, cui scintilla in illam cor-

neæ

neæ partem, vbi Iris conſpicitur, proſilijt, ibidemque membranæ firmiter inhæſit, non ſine dolore maximo; Cumque adſtantes illiçò ad fruſtulum extrahendum plurima, ſed fruſtrà fuiſſent operati, aduocarunt ipſum Hildanum, qui cuncta ſibi poſſibilia, ſed incaſſum pariter adhibuit, & tandem per Magnetis admotionem conſilio Vxoris eiuſdem Hildani ſquamma excidit, ac patiens fuit ſanitati reſtitutus. Et certum eſt Medicinam principium, & augumentum ſuum recognoſcere debere maxima ex parte experimentis, & experientijs à plebe ſæpius factis; Antequam enim in Artis formam coercita foret Medicina, Alumnoſque haberet, quia eam exercerent, exponebantur Egri in vijs publicis, vt qui tales paſſi fuiſſent morbos, indicarent quibuſnam præſidijs profligati erant; Sic exemplo monſtrante viam, eadem adhibebantur, & ſi iterum iuuarent, volitabant per ora Virum, & poſteritati commendabantur.

Hildani operatio ſecundum Vxoris cõſilium.

Medicinæ principia, vnde.

Sed ſi ab Homunculis, vel ignaris Empiricis aliquod proponatur medicamentum, cauendum nè permittatur ipſum admoueri, niſi dignoſcatur prius quid ipſum ſit, ſeu ſaltem ab aliquo Viro fide digno non aſſeratur, nunquam ab eodem notabile damnum ſequutum fuiſſe, nec concedatur eiuſdem medicamenti vſus, ſi empiricus idem ad morborum ſanationem, qui omnino ſunt contrarij inter ſe, verbis nimium ampulloſis extollat; Quandoquidem non raro obſeruauimus ex facili permiſſione ignora, & empirica hæc medicamenta adhibendi, morbos alioquin (licet longo tempore curabiles) incurabiles, & læ-

Empiricorum medicamentorũ vſus qua cautela permittendus.

tha-

phales euasisse; Et vt huiusmodi Pseudochirurgorum demonstremus ignorantiam, qui pluribus (vt ipsi dicunt) arcanis medicamentis vtuntur, morbosque omnes se sanaturos promittunt, placeat præsentem ponderare similitudinem. Supponamus aliquem cupientem ostium aperire, qui veram ignoret clauem, sed plurium clauium alligatum teneat fasciculum, in quo propria etiam insit clauis: Curabit iste singulas adhibere claues, & pluribus in serram intromissis, & hinc inde reuolutis, sed frustra, ex eo quia propria clauis nondum fuerit reperta; sed dato quod tandem reperiatur, forsan nec clauis ipsa ad ostium aperiendum inseruiet, eo quod ingeniosa interna serræ fuerint ferramenta vel contorta, vel debito situ mutata: Ita profectò contingit sæpius in Medicina Chirurgica quando ab ignaris plurima admouentur non opportuna remedia, adeo vt morbi taliter mutetur conditio, vt medicamentum, quod prius fuisset opportunum ad ipsum curandum, mox ob sequutam ex pluribus indebitis localibus in parte alterationem, demum nec verum, & opportunum medicamentum, quod fuisset antea, sit postea proficuum.

Medicamētorum ab empiricis propositorum fallacia comparatione indicatur.

Quoad secundam difficultatem.] Posito quod necessaria sit partis sphacelo obsessæ detruncatio, non inde sequitur, quod ad citissimam incisionem, & actualem vstionem ignito ferro sit deueniendum, nam si pars, sit mollis, & osse careat, puta membrum virile, pars extima nasi, siue auriculæ, vel labiorum, & sphacelus leuem portionem occopauerit, caustico potentiali potest interdùm pars ipsa subtrahi, absquè eo quod corpore,

Sphacelus in quibus, casibus sine cine etiam curari possit.

pore, & magis animo diuexetur ægrotus: Patet namque quotidiana experientia patientes nonnullos puſillanimes magis deprimi, & in lipothymiam incidere videntes, vel audientes neceſſitatem incidendi, & ignito ferro comburendi, quam ſi aliquod etiam maius membrum cauſticis medicamentis eſſet conſumendum; Et licet Grauiſſimorum Authorum plurimæ circa talem materiam reperiantur ſententiæ, inter cæteros tamen admirabilis eſt recenſendus *Marcus Aurelius Seuerinus* in ſua Pyrotechnia.

Sin vero ſphacelata pars magna ſit, & vel vno maiori; vel duobus minoribus oſſibus ſuffulta, in cuius obtruncationem non tantum caro reſcindi debeat, verum etiam & os ſecare neceſſum ſit, nequaquam cauſtica potentialia, ſed actualia ſunt adhibenda.

Celſi opinio circa locum amputandi partem ſphacelatam.

An vero ablatio partis ſphacelatæ fieri debeat in parte ſana, vel mortua Celſus *lib. 7. cap. 33.* ſic loquitur. *Inter ſanam, vitiatamque partem, incidenda ſcalpello caro vſque ad os eſt; ſicut neque contra ipſum articulum hoc fiat, & potius ex ſana parte aliquid excidatur, quam ex ægra relinquatur*: Hinc autem operandi modus communiter potius reijcitur, quam amplexetur, cum trux re vera ſit; & (experientia teſte) frequentius intenſiſſimo dolore, pauore; & animi deliquio periculum immineat, nè in ipſo operandi actu patiens de medio tollatur, præcipuè ſi debilis, ſenex, ſiue fœmina ſit: Quapropter alij mitiori methodo ſelecta præfatam ſectionem, & amputationem faciendam cenſent in parte mortua, relinquendo eiuſdem partis mortuæ gangitatem vnius, vel dimidij digiti, nam hoc

Sphaceli amputatio in parte mortua [illegible] lau- [illegible].

hoc modo ſine vllo dolore ſecari poteſt, cum iam pars ſit emortua, nec ſanguinis effuſio pertimeſcitur: Facta tandem hoc pacto ſectione ad prohibendum ne corruptio vlterius progrediatur ob remanentem adhuc carnem corruptam, ipſammet carnem ferramentis ignitis comburunt, quouſque vſtionis vis parti ſanæ dolorifice communicetur, ſicque ob mitiorem dolorem, & impoſſibilem magnam hæmorrhagiam, clementius, & tutius operatur.

Non autem cunctis numeris talis clementior operandi methodus eſt amplexanda, ſed ſequens potius habenda diſtinctio.

Sphaceli amputatio quando facienda in parte ſana, & quando in mortua.

Si corruptio vlterius non ſerpat, & veſtigium quoddam appareat terminationis ipſius inter partem ſanam, & emortuam, & multo magis ſi ipſa corruptio ſequuta ſit ob aliquam contractam læſionem in ipſa parte (puta) fracturam, graue vulnus, vel lacerationem, vel ingentem contuſionem, tutius hoc modo poteſt operari, quia ſphaceli cauſa non vitio fluidorum eſt attribuenda, ſed particulari læſioni contractæ in ipſa parte.

At ſi ſphacelus ipſe ab intrinſeca promotus cauſa ſe ſe manifeſtauerit, nec terminationis ipſius, nempe manifeſtum illud veſtigium inter partem emortuam, & ſanam comparuerit, certo non fidendum de inciſione in parte corrupta, nam fieri poteſt (prout experientia ſæpius comprobatum habemus) quod per ſuſcitata animi pathemata, & per adauctam fluidorum deturbationem, & putredinoſam fermentationem, ſæuiant magis humores ipſi, & citiſſima intenſiori ſuſcitata corruptione, interficiatur æger.

Videntur ſectatores huius ſecundæ ſententiæ, ſimulque difficultatis conciliatores Veſalius, Fallopius, Hieronymus Fabritius ab Aquapendente, alijque plures etiam ex Neotericis, apud quos prædictam quæſtionem fuſius agitatam inuenies, quam nobis indicaſſe ſufficiat; Sicuti pariter ſilere placet quando debeat, an non operari, & operandi modum exponere, cum noſtrum non ſit ex profeſſo in præſenti talia proponere, cunctiſque numeris examinare, ſed ſat eſt hoc expoſuiſſe, vt demonſtraremus normam intelligendi ſententiam Hippocratis expoſitam in hoc Aphoriſmo, & pariter quomodo ab vſu medicamentorum ad ferrum, & ignem ſit tranſeundum gradatim, non temere, ſed prudentia ſumma.

Hi ſunt Aphoriſmi quinquaginta, quos commento placuit exponere.

FINIS.

SEZIONE OTTAVA.

A F O R I S M O VI.

Tutti quelli morbi, che con medicamenti non si sanano si sanano, con il ferro, e quelli, che non si sanano con il ferro, si sanano con il fuoco, e quelli poi, che non si sanano con il fuoco, li reputarai insanabili.

SI come nella *Terapeutica*, che è parte della Medicina curatiua, si numerano tre instromenti, cioè *Dieta*, *Chirurgia*, e *Farmacia*, così parimente nella Chirurgia intesa non strettamente, mà come è costume ne' nostri tempi, l'istessa Chirurgia practica ritiene tre sorti di presidij. *Medicamento*, *Ferro*, e *Fuoco*.

Chirurgia prattica hà trè presidij.

Ipocrate propone quest'ordine di tre specie di presidij, insegnando il modo di preualersene con metodo regolato, non confuso, & indistinto, mà che dobbiamo seruirci di questi tre presidij con questa ponderazione, cioè che prima si vsino li più piaceuoli, secondariamente li più crudeli, e finalmente li crudelissimi.

Ogni volta dunque, che il Chirurgo intra-

prenda la cura di qualsiuoglia morbo estrinseco, che abbia bisogno della sua opera, consideri se sia, ò non sia espediente l'applicare qualche medicamento locale, diciamo, (che consideri) e la ragione è, perche auiene, che molti tumori non grandi sono curati dalla natura istessa, senza che vi si applichi medicamento alcuno, conforme lo testifica giornalmente l'esperienza confermata dall'autorità di Celso *lib. 7. nel proemio*, doue così parla. *Essendo che nelli morbi molto conferisca la fortuna, e che li medicamenti rieschino spesse volte salutevoli, e spesse volte vani, può con giusta ragione dubitarsi, se la salute si sia ricuperata ò mediante l'industria del Medico, overo per benefizio del corpo; In quelli affetti ancora, ne' quali ci preualiamo particolarmente de medicamenti applicati al di fuori, benche l'effetto è più euidente, nulladimeno è manifesto, che con questi si procura tal volta indarno la salute, e ben spesso si riconosca, che senza di essi medicamenti si consegnisce; Con buona ragione parimente può dubitarsi, &c.*

Medicamenti non sempre s' hanno d'applicar à tumori.

Mà dato che sia il morbo di tal condizione, che non possa curarsi da se, ò dir vogliamo dalla natura senza l'aiuto di alcun medicamento, bisogna ricorrere alli detti medicamenti per soccorrere, & aiutare la natura; Mà resistendo ancora più pertinace il morbo, anzi tuttauia andando crescendo, di modo che sopraueнga qualche suppurazione, ò corruzione, è necessario venir al taglio, e così quello, che non è stato curato col medicamento, venghi poi à curarsi col ferro; In oltre dato che il morbo non si superi, anzi restando vinta la natura sopraueнga lo sfacelo,

Medicamẽti, e ferro, quando conuenghino.

lo, deue di nuouo venirsi al ferro, e finalmente al fuoco con troncare la parte morta, e con dar fuoco ancora all'altra parte rimasta viua, & in simili affetti viene à verificarsi il testo d'Ipocrate, che tutti quelli morbi, quali con medicamenti non si sanano, si sanano con il ferro, e quelli, che non si sanano con il ferro, si sanano con il fuoco, e quelli poi, che non si sanano con il fuoco, debbono reputarsi insanabili: Alla quale dottrina se fosse lecito anteporrei queste parole, e direi. Tutti quelli morbi, che non vengono curati dalla natura, si curano con medicamenti, e così si vada seguitando l'Aforismo.

Fuoco quādo deaba vsarsi.

Insorgono in quest'Aforismo due difficoltà, che deuono essaminarsi, e spiegarsi.

La prima in qual modo possa conoscersi, e concludersi, che il morbo non sia per sanarsi mediante li medicamenti.

La seconda, dato che il morbo sia vna piaga antica, callosa, che getti cattiui vmori, e di pessima condizione, ouero vn gran tumore, e particolarmente flemmonoso, che sia terminato in sfacello, e che per saluare il paziente si reputi necessario il tor via la parte, se il tor via di detta parte debba farsi nella parte sana, ò nella morta, e se debba farsi ò con medicamenti, ò con il ferro, e fuoco.

Per quanto spetta alla prima difficoltà, dopo che in qualche parte molestata da vn morbo grauissimo, saranno stati adoperati molti medicamenti con buona ragione, mà indarno, perche il male stà ancor fermo nel suo vigore, resta il pensare se debba ricorrersi al ferro: Mà deue il Chirurgo procedere con gran cautela prima di affermare concluden-

temente, dopo hauer vſato molti, e varij medicamenti, che non ſe ne trouino altri, e che perciò biſogna venire al ferro, & al fuoco, perche non ſi puole aſſegnare vn numero certo de medicamenti, in modo che debba concluderſi, non poterſi trouare altre più appropriato; Impercioche tal volta molti morbi non furono ſanati con medicamenti locali adoprati da Chirurgo dotto, e prudente, e finalmente da qualche Vomiciolo fù applicato alcun medicamento particolare, nominato ſecreto, che è riuſcito vtile, e baſtante à terminare la cura.

Non eſſerui altro medicamento nõ può concluderſi.

Non fù queſto ignoto nè ad Ipocrate, nè à Galeno li quali inſegnarono à noi per auanti il ſudetto auertimento: Stanteche Ipocrate conſeſſa *nel libro de precetti*; *Non ci rincreſca da perſone plebee andar ricercando, ſe ſappino coſa alcuna vtile per qualche cura* Galeno poi come racconta *nel libr. delle facoltà de ſempl. medicamenti* non ebbe à vergogna prender conſeglio da perſone plebbee, e peſcatori ignoranti, & altri Vomini di più vile condizione; Anzi tal volta ne meno abbiamo à burlarci affatto delli conſegli delle Donniciole, ſtanteche è noto, che Ipocrate medeſimo ciò inſegna *nell lib del Parto di ſette meſi*, doue così fauella: *Deue preſtarſi fede alle Donniciole, mentre parlano di quelle coſe, che ſuccedono in occaſione del Parto; poiche raccontano il tutto, ſempre fauellano, e ſempre più hanno che dire, nè ſi laſciano perſuadere dall'opere, ò parole di alcuno, mà diſcorrono quelle coſe nel modo, che ad eſſe ſono accadute.*

Ipocrate, e Galeno lodano tal volta li cõſegli di Vomini più rozzi.

Conſegli delle Donne deuono auerſi in conſiderazione nelli morbi muliebri.

Ne le Donne de' noſtri tempi ſono differenti da quelle de tempi antichi, e ſe bene

(mà

(mà à caso) per lo più si vantino essere Protomedichesse, nulladimeno tal volta pur esse propongono cose vtili : Ci serue per argomento di ciò, quello che racconta il Dottissimo, e Prattichissimo Guglielmo Fabrizio Ildano nella *Cent. 5. Osseru.* 21. di vn certo Contadino chiamato *Benedetto Barquin*, al quale entrò vna picciola squammetta d'acciaro in quella parte della Cornea, doue viene à comparire l'Iride, e stando pertinacemente conficcata nella membrana con graue dolore, & auendo gl'Astanti operato molte cose, mà indarno, chiamando finalmente il detto Ildano, il quale operò molte cose senza alcun vtile, finalmente vscì la detta squamma essendoui accostata più volte la Calamita per conseglio datoli dalla moglie di esso Ildano. Et è certo, che la medicina deue riconoscere il suo principio in gran parte dalli esperimenti, & esperienze, spesse volte fatte dalla Plebe, poiche prima d'essere stata ristretta, e ridotta la Medicina in forma di Arte, & auesse Alunni, che l'essercitassero, si esponeuano gl'infermi nelle strade publiche, acciò quelli, che aueuano patito malattie simili, insegnassero, e dicessero con quali aiuti erano detti morbi stati scacciati; E così essendoci dimostrata la via dall'essempio, si adoprauano li medesimi medicamenti, e se di nuouo si riconosceuano gioueuoli, si palesauano, e diuulgauano per le bocche degl'Vomini, e si lasciauano per memoria alli Posteri : Mà se verrà proposto qualche medicamento da vili Vomicioli, ò da ignoranti Empirici, si auerta di non permettere, che si applichi, se non si abbia prima notizia, che cosa

Ildano operà secondo il conseglio della Moglie.

Medicina di doue ebbe principio.

cuctrose da qualche persona degna di fede: non venga fatta testimonianza, che da esso mai sia seguito danno notabile, ne si permetta l'vso di vn tal medicamento, se il detto Empirico di souerchio vanta, e loda vn medesimo medicamento buono per cura di malattie, che trà di loro sono in tutto, e per tutto contrarie; Poiche abbiamo più volte osseruato, che dall'essersi permesso facilmente l'applicazione di tali medicamenti incogniti, & empirici, alcuni morbi (per altro di facil cura) sono poi diuenuti insanabili, e mortali.

Medicamẽti degl' Empirici, con che cautela debbano permetterſi.

E per far conoscere l'ignoranza di tali falsi Chirurghi, che si seruono di molti medicamenti, (e come essi dicono secreti) e promettono guarir tutti li mali, piaccia far riflessione alla presente similitudine: Supponiamo che vi sia vno, che desideri aprir vna porta, di cui non conosca la chiaue propria, ma abbia vn mazzo ligato di molte chiaui, nel quale pure vi sia la chiaue propria per aprire detta porta; Procurerà questo di adoprare ad vna, ad vna tutte le dette chiaui, & auendone intromesse molte nella serratura, e rauolta di quà, e di là. mà indarno, perche la chiaue propria non si è per anche ritrouata; Mà dato che finalmente questa si troui, forsi ne meno essa, benche chiaue propria seruirà per aprir la porta, perche li ferretti, che ingegnosamente sono situati nelle parti interne della serratura, saranno distorti, ò mutati dal proprio sito.

Fallacia de medicamẽti degl' Empirici dimoſtrata cõ vna ſimilitudine.

In tal modo apunto tal volta auiene nella Medicina Chirurgica, quando da gente idiota sono applicati molti medicamenti non appropriati, di modo che venghi à mutarsi dal

suo

ſuo eſſere di prima la condizione del morbo; qual medicamento, che prima ſarebbe ſtato appropriato per curarlo, hora per la grande alterazione, e mutazione ſeguita nella parte per cauſa dell'applicazione fatta di tanti varij medicamenti, finalmente ne meno viene à riuſcir gioueuole, ſe bene auerebbe per prima giouato.

Circa la ſeconda, dato che ſia neceſſario il tor via la parte sfacelata, non per queſto ſegue aſſoluta neceſſità, che con ſomma preſtezza debba leuarſi con taglio, e fuoco, imperoche ſe la parte ſarà molle, e non ſoſtenuta da oſſo, come à dire il membro Virile, l'eſtremità del Naſo, ò dell'Orecchie, ò delle labra, e lo sfacelo aurà occupato poca porzione, può tal volta leuarſi via detta parte con il cauſtico potenziale, ſenza arrecar gran moleſtia ne alla parrte, ne all'animo del paziente; Imperoche ſi riconoſce giornalmente per eſperienza, che molti pazienti puſillanimi vengono più trauagliati; & oppreſſi da ſuenimenti e lipotimie ò col vedere, ò con l'vdire la neceſſità di far taglij, e di darſi fuoco col ferro ignito, che ſe ſi aueſſe da conſumare qualche membro ancorche maggiore con li cauſtici.

Sfacelo in quali caſi poßa curarſi ſenza fuoco.

Benche circa ciò ſi ritrouino molte ſentenze di più graui Autori, trà gl'altri però hà dà ſtimarſi mirabile *Marco Aurelio Seuerino* nella ſua Pirotecnia, cioè dell'vſo del fuoco per cura de mali delle parti particolari.

Mà ſe la parte sfacelata ſia grande, e ſoſtenuta ò da vn ſol oſſo grande, ò da due minori, e che per troncarla ſia neceſſario non ſolo di tagliare la carne, mà di riſecare l'oſſo an-

cora

cora, non hanno da adoprarsi li caustici potenziali, mà li attuali.

Se poi il tor via la parte sfacelata, debba farsi nella parte sana, ò nella morta Celso nel lib. 7. cap 33. così parla: *Deue tagliarsi con il ferro la carne trà la parte sana, e la morta fino all'osso, e più tosto si tagli qualche poco della parte sana, che si lasci della viziata*: Mà questo modo di operare, viene più tosto rigettato, che abbracciato, essendo veramente crudele, e (conforme fà conoscere l'esperienza) vi sia pericolo, che il paziente per causa del grauissimo dolore, spauento, e deliquio d'animo nell'atto istesso dell'operare, non muoia, in particolare se sia debole, Vecchio, ò Donna; Per il che altri sciegliendo vn modo più piaceuole stimano, che debba farsi la detta incisione, & amputazione nella parte morta, lasciando di detta parte morta, quanto sia la grossezza di vno, ò mezo dito, perche in tal modo può tagliarsi senza dolore, essendo la detta parte morta; Nè hà da temersi di effusione di sangue; Fatta finalmente che è in questo modo l'incisione, per prohibere, che la corruzzione non si auanzi più oltre, per causa della carne corrotta, che vi rimane, danno fuoco alla detta carne con ferri infuocati fin'à tanto, che la vehemenza del fuoco si communichi, e giunghi à dar dolore alla parte sana, & in tal modo si fà l'operazione con più sicurezza, e piaceuolezza, per causa del minor dolore, che si cagiona, e per l'impossibilità, che vi segua grande Emoragia.

Opinione di Celso circa il fuoco doue deue troncarsi la parte sfacelata.

Amputazione di parte sfacelata perche si lodi nella parte morta.

Non hà però d'abbracciarsi in tutto, e per tutto questo modo più piaceuole di operare, mà

mà più tosto dourà farsi la seguente distinz o-ne. Se la corruzione non passi più auanti, e vi comparisca il segno trà la parte sana, e morta, che questa sia terminata, e molto più se la detta corruzione sia seguita per qualche offesa riceuuta nella detta parte (come à di-re) frattura, gran ferita, lacerazione, ò gran contusione, puole operarsi in questo modo più sicuramente, perche la causa dello sface-lo non ha d'attribuirsi a vizio degl'vmori, mà all' offesa particolare riceuuta nella parte istessa.

Sfacelo quãdo debba ãputarsi nella parte sana, e quãdo nella morta.

Mà se si sarà riconosciuto, che lo sfacelo sia fatto da causa intrinseca, e non sarà com-parsa la terminazione di esso, cioè quel segno trà la parte sana, e la morta, non deue al cer-to fidarsi dell'incisione nella parte corrotta, imperoche può accadere (si come abbiamo per esperienza osseruato) che il paziente ven-ghi à mor re per essere rinouate, & esacerbate le passioni dell'an mo, e per essersi accresciu-ta la deturbaz one de'fluidi, e per la putredi-nale fermentazione più s'infieriscchino l'istessi vmori, e venendo causata vna prestissima, e più intensa corruzione, resti estinto il pa-ziente.

Paiono seguaci, & insieme conciliatori di questa seconda opinione Vesalio, Fallopio, Fabrizio d'Aquapendente, e molti altri anco-ra de' Moderni, appresso de'quali trouarete detta questione più diffusamente agitata, la quale a noi basta auer indicato, si come pari-mente ci piace tralasciare, quando debba, ò non debba operarsi, & esporre il modo di operarla, non essendo nostra intenzione al presente proporre, e con tutta diligenza

spie-

ſpiegar tali coſe, mà baſti auer eſpoſto queſto, per dimoſtrare il modo, col quale deue intenderſi la dottrina d'Ipocrate eſpoſta in queſto Aforiſmo, e come dall'vſo de medicamenti debba paſſarſi al ferro, e fuoco graduatamente, non temerariamente, mà con ſomma prudenza.

Queſti ſono li cinquanta Aforiſmi, che mi è piaciuto commentare.

IL FINE.

INDEX MATERIERVM,

Et rerum magis notabilium.

A

B

C

Cancer

D

E

F

G

nis

H

I

L

M

Mor-

N

O

P

S

Sepu

T

ins

V

Vlce-

INDICE

DELLE MATTERIE,

E cose più notabili.

B

C

D

E

F

G

I

L

M

N

Nor-

O

P

Q

San-

ste-

T

V

IL FINE.